Septimus annus:quia ſepties cõſul fuit: & ſeptimo renunciauit cõſulatui cum Cinna. Modus uitæ. In ſeptimo cõſulatu mortuus eſt. Omnia paſſo.q.p.f.po.Quia nunc aduerſa:nunc ſecunda fortuna illũ comitata fuerat:nam hoſtis patriæ iudicatus Marius in exilium iuit:& minturnis in carcerem coniectus. Quæ melior:Scilicet quia triumphauit de Iugurtha:de Cymbris:de Theutonibus:& cõſul factus ultus eſt iniuriá ſuam. Menſoꝗ homini:Ideſt Mario qui omnia ĩpleuerat quæ fata de illo iudicauerát futura. Finis igiť hic fuit uitæ Marii. Fata:quia omnia ĩpleuerat a fatis prædicta: nam cum adhuc impubeſceret Marius & in agro morá ageret: ꝓhibent illum ueſtibus excepiſſe nidũ ab aquilla delatũ: in quo ſeptem pulli fere báť: cũ uero domũ ueniſſet una cũ hoc nido pẽtes admirati quæſierũt a uatibꝫ:qd illud portẽderet: Reſpõderũt hũc hominẽ ſepties ſummum magiſtratũ cũ impio cõſecuturũ: ergo fata parauẽrt. Iam quot : Hic neſcio qs qui a poeta loq introducitur ꝑgit narrare cladem ciuiũ Romanoꝝ: quæ fuit bello ciuili:quod inter Marium & Syllá geſtum eſt Marius quidẽ ſenior inumerabiliũ cladium aliaꝝ ſup alias auctor extitit Romanis: ſed iunior q patri ſucceſſit: haud ꝑuá calamitatẽ urbi Romæ intulit: cũ Sylla ſubacto Mitridate Romá fortior rediit: idꝗ cu Marius ſenior audiſſet: cum iá ætate cõfectus eſſet:ꝑtim dolore:ꝑtim ſenectute:diem ſuum obiit. Marius itaꝗ ſenior cũ uideret ſe nõ poſſe urbem aduerſus tantũ exercitum Syllæ defendere:ut tamen interea ulciſceretur inimicos ſuos ex ipſo ſenatu elegi iuſſit quoſdam quos in carcerem cõiecerat:& ſingulos eductos iugulandos mittebat ad marium iuniorem: deinde cum ex urbe egreſſus eſſet in Sanium ꝓfugit : & Lamponium & Theleſinum duces Samnitum ad auxilium Marii iunioris conuocauit:atrocius Pyrrho & Hánibale Aetruriam omnem atꝗ campaniá depopulati ſunt:iam Sylla ad urbẽ applicabat:dũ omnes copiæ ueniſſent ad ſacriportum & ad coliná portam cócurrerunt : ibi ſeptuagita milia hominum & amplius Sylla occidit. Cecidere:Pro ceciderunt. Sacriportum: eſt themeſis: & eſt locus non procul a præneſte urbe. Hinc:uidelicet ad ſacriportum erat. Marius .Illinc.uidelicet ad portam colinam Lamponius & Theleſinus oppreſſi ſunt Samnitum duces:& ſeptem milia ibi concidit Sylla:unde in magno diſcrimine fuit imperium Ro. ne ſubacti Ro. regerentur a ſamnitibus : qui antea a Romanis uicti fuerant. Marius illius clarioris marii affinis atꝗ cognatus: ut inquit Apianus: cum ad ſacriportum ueniſſet: copias in prælium educit: acriterꝗ ab eo pugnatum uigeſimum nondum egreſſus ánum:ſiniſtra acie inclináte:qnque peditum cohortes:duæ equitum:nõ expectata aliorum conuerſione : arreptis ſignis ad Syllam confugerunt:at tum primo Mario cladis origo emerſit:interfectiſque plurimis:reliqui præneſte fuga cõtendere. Quot cateruas.q.d. inumeras:& hoc fuit cũ Láponius & Theleſinus iúcti pyrrho Aetruriá & cápaniá depopulati ſunt: cũ ad urbẽ ueniſſet apud portá coliná:unde i magno diſcrimine fuerũt Romani: ſed Sylla diuiſo exercitu mariũ ad ſacriportũ: uná Láponiũ & Theleſinũ uicit. Caput mundi : Ideſt Roma. Tráſlata locũ: Quia in piculo fuit:ne impiũ Romanũ tráſferreť ad Sánites. Romanaꝗ ſamnis:Ideſt ſamnis populus ſꝑauit maiorẽ uictoriá ſe cõſequi tẽpore Syllæ: ꝙ apud furcas caudinas cõſecutus fuerit: tágit hiſtoriá Caius Victurius & Spurius poſthumius cõſules Romani : cum ducerent exercitum: cuius multi occiſi ſunt aduerſus Samnites qui Luceriá ſociá urbi populi Romani obſidebát.Duæ uiæ erát:una breuior: ſed circũdata collibꝫ ac ſaltibus:& ꝑ fauces duas igredi oportebat . Altera uero latior & lõgior erat:ſed quia res celeritate ĩdigebat:miſerũt Romani exploratores ad Sánites: ſed ſánites rati id quod futuꝝ erat.ſub habitu paſtorali miſerũt exploratores Romanis cũ gregibus & armẽtis. Romani ſtati ut hæc uident greges & armẽta diripiunt:paſtores captiuos ad Imꝑatorẽ ducũt: cõſules quærunt de cõditione Samnitum: paſtores reſpõderunt: Samnites omnes occupatos eſſe circa Luceriæ ruinam.ut eá caperent: quod romani credentes ſtatim ingreſſi ſunt fauces uiæ breuioris : uix ingreſſi ſunt cũm clamor exortus ſignificauit romanos hoſtibus eſſe circundatos : ut nullo modo exire poſſent : tandem cum fruſtra tentaſſent exire in collocutionem hoſtes uenerunt. Pontius uero Samnitum dux cum noluiſſet conſilio parere patris ſui qui iuſſerat filio ut omnes romanos interficeret : aut dimitteret: debilitatæ ſunt uires romanæ ut nullum ante bellum timuiſſent : quibus inſidiis ſub iugum miſſi ſunt omnes romani cũ maximo dedecor & clade ab illo põtio:&.cũ magna uictoria Sánitũ. Poteſtas reꝝ:Ideſt ĩpiũ romanũ. Romanaꝗ ſánis:Ideſt ſupra quá fuere clades romanoꝝ apud furcas caudinas cũ cõſules romani Luceriæ obſeſſæ ſuccurrere uellent : Hæc hiſtoria apud . T. Liuium ab urbe condita. Sperauit : Nam ſamnites ob hanc cladem ſperauerunt potius romanum imperium ſe conſequi poſſe:ꝙ tunc cum exercitum romanum clauſũ iter aguſtias caudinas tenuere. Caudinas: a caudio oppido quod haud procul inde fuit.

Sylla quoque immenſis acceſſit cladibus ultor
Ille quod exiguum reſtabat ſanguinis urbi
Hauſit:dūq̧ nimis iā putrida membra recidit
Exceſſit medicina modum.nimiūq̧ ſecuta eſt
Qua morbi duxere manus:periere nocentes.
Sed iam ſoli poſſent in ſupereſſe nocentes
Tunc data libertas odiis:reſolutaq̧ legum.
Frenis ira ruit:non uni cuncta dabantur.
Sed fecit ſibi quiſq̧ nefas ſemel omnia uictor
Iuſſerat.infandum domini per uiſcera ferrū
Exigit famulus:nati maduere paterno
Sanguine:certatū eſt cui ceruix cæſa parentis
Cederet:in fratrū ceciderunt præmia fratres
Buſta repleta fuga:permixtaq̧ uiua ſepultis
Corpora:nec populū latebræ cœpere ferarū
Hic laqueo fauces eliſaq̧ guttura fregit.
Hic ſe præcipiti iaculatus pondere dura
Deſiluit percuſſus humo:morteſq̧ cruento
Victori rapuere ſuas:hic robora buſti
Extruit ipſe ſui nec dū omni ſanguine fuſo
Deſilit in flāmas:& dum licet occupat ignes
Colla ducum pilo trepidam geſtata per urbē
Et medio congeſta foro.cognoſcitur illic
Quicquid ubiq̧ latet ſcelerū.non thracia tātū
Vidit biſtonii ſtabulis pendere tyranni

Sylla quoq̧ īmēſis:Sylla quoq̧ acceſſit Mario q clades romanoꝝ augeret: quas Marius ſenior & iunior ītulerat. Vltor.i.ut ptes cōtrariæ.ſ.ſyllanæ ulciſcerēt clades a Mario illitas: ipſe quoq̧ ſtragē fecit. Reſtabat:ſuperat urbi. Exiguū:quis exiguū eēt:tamē ille fuit ultor. Dūq̧ minus: dūq̧ recidere uult id ciuiū quod corruptū erat:recidit ēt quod ſanū erat: Trāſlatio ſūpta a medico q cū putridū ulcus incidere uult: piculū iminet:ne cū putrido ſanū amputet:quod feciſſe dicit Syllā ſupra modū. Qua morbi: uidelicet ea pte qua ira īpellebat militū aīos:ea ſecuti ſūt:ut occiderēt Marianos omnes:nā Sylla cū occidēdi nullus modus eſſet Catullū ex ītimis amicis eius. Et qs inquit finis erit cædis:nūdū.n. quos occidi uelis ſtatuiſti: & quos ſeruari uis:tū Sylla nūdū conſtitui: dic ergo quos occidi uis! faciā inqt ſylla: & ſtatī octigentos ciues romanos ꝓſcripſit:tū demū ſenatus tacuit tū Sylla duo talenta dedit illi q ſcriptos occideret: qꝫ āt iiuſtiſſimū erat ex eoꝝ bonis q occidebāt̃ ærariū fecit. Senatores quatragīta equites mille & ſexcētos ad mortē cōdemnauit teſte Apiano. hic.n.romanorū primus īuētus ē: q morte mulctaret:deſcripſit & præmia īterfectoribꝰ:iudicia his q accuſarēt: & ſupplicia occulētibus inſup aſcripſit:nulli inimicoꝝ ad extremū uſq̧ ſuppliciū pepercit:ueꝝ prætores:quæſtores: tribunos & quoſcūque alios q cū hoſtibꝰ ſimul quidpiā egiſſent ſūmis pœnis affecit. dicit ergo ante ſyllæ cōſtitutionē nocētes ſimul & īnocētes piiſſe. Periere nocētes: anteq̄ īnocētes pirent:cōſumpti ſūt prius nocētes omnes. Soli īnocētes:occiſis nocētibus:īnocētes ſupererāt:& demū ī īnocētes ſæuitū eſt: ūde aliqua utilitas ſperari nō poſſet: ūde qdā Qu. aurelius ciuis Romanus mediocris cōditionis uir:qui nec dicto nec facto neutrā læſerat ptē:cū in foꝝ ueniſſet:uidit nomē ſuū ī tabella ꝓſcriptū:Hei mihi tūc dixit prædia mea ī albano me pſequūt̃ uidelicet ꝙ ꝓpter agros ſuos ī albāo poſitos ꝓſcriptus erat:unde uix hæc uerba dixerat:tū ſtatī interfectores affuere:qui ipſum in foro ſtatim obtruncarūt. Tunc data:quia occidētibus decreta ſunt duo talenta:ſiue ſeruus dominum: ſiue filius patrem econtra, occideret. Reſolutaque:e frenis.i.prohibitione legum. Ruit.ſ. præceps. Non uni cuncta dabant̃: ſed ſibi quiſque diripiebat. Fecit nefas:quia occidit illos: quos uoluit: quia uictor Sylla iuſſerat.

Infandum domini: Quia decretum eſt præmium ſeruis:ſi dominum ſuum occiderent: frater fratrem:filius patrem. Certatum eſt:uidelicet quia filii certabant inter ſe uter prior occideret patrem. In fratrem:quia frater a fratre occiſus eſt. Buſta repleta fuga:ideſt fugientibus plena ſunt ſepulchra. Permixtaque uiua ſepultis: ideo quia uiua corpora latebant in ſepulchris. Latebræ feraꝝ: Tanta multitudo fugientium erat:ut illam cubilia feraꝝ capere non poſſēt. Hic laqueo fauces:cū aliter mortē fugere nō poſſēt ſe occidebāt ne occiderēt̃: & ſe ſuſpēdebāt laqueis. Hic ſe præcipiti:aliquis ſe de altiori pte ediū præcipitē dabat. Iaculatus.ſ.de ſūma pte. Præcipiti: ꝓno. Morteſque cru. Victori rapuer̃ ſuas:qa ſatius ducebāt eē ſibi ipſis īferre mortē: q̄ ī poteſtate hoſtiū uenire. Hic robora buſti:alter ſibi rogū ſtruxerat ut ſe ī eū iniiceret. Buſti:ſepulchri. Deſilit ī flāmas: .i.cum uix ſe iugulaſſet ſuperiiniciebat ſe rogo. Et dū licet.i.antequā occidi iuſſus ſit a Sylla: uel cū ſupereſſet aliquid ſāguinis. Colla ducū:ut Marii & cīnæ tælo ſupīpoſita p urbē geſtabāt. Medio cōgeſta foro: quia roſtris īponebāt. Illic:in foro. Cognoſcit̃: ī foro cognitū erat quicquid ſcelerū cōmiſerant & non corpora:ſed capita cæſorū in foro cognoſcebant̃ ſuſpēſa. Nō thracia:p ſimilitudinē oſtēdit crudelitatē q̄ uſi ſūt Syllani cōtra Ro.ciues:dicit ergo nō plura capita hominū:nec corpora ī præſepibus Diomedis regis Thraciæ occiſa fuiſſe ab equabus ſuis quæ hūanis carnibus ueſcebantur:Et non plura cadauera cæſorum fuerūt appēſa poſtibus Anthei gigātis:uel ad Aulā regis Enomai ī ueſtibulo:q̄ capita romanorū ī foro pēdebāt. Nō tātum.ſ.cæſoꝝ. Tyranni biſtonii:diomedis regis Thraciæ:nam biſtonia pars eſt thraciæ.

Poſtibus anthei libyæ:nec græcia mœrens
Tot laceros artus pyſaea fleuit in aula
Cū iam tabe ffuunt.cōfuſaq; tempore multo
Amiſere notas:miſerorum dextra parentum
Colligit:& pauido ſubducit cognita furto
Meque ipſū memini cæſi deformia fratris
Ora rogo cupidū:uetitiſque īponere flāmis
Omnia ſyllanæ luſtraſſe cadauera pacis:
Perque omnes truncos cū qua ceruice reciſū
Conueniat quæſiſſe caput:qd ſāguine manes
Placatos catuli referam? cū uictima triſtis
Inferias marius forſan nolētibus umbris
Pendit in expleto nō fanda piacula buſto:
Cum laceros artus æquataq; uulnera mēbris
Vidimus:& toto quāuis in corpore cæſo
Nil animæ letale datū:morēque nefādæ
Dirū ſæuitiæ pereunti parcere morti:
Auulſæ cecidere manus exſectaq; lingua
Palpitat.& muto uacuum ferit aera motu
Hic aures:alius ſpiramina naris aduncæ
Amputat:ille cauis euoluit ſedib9 orbes
Vltimaque effodit ſpectatis lumina mēbris.

Libyæ: nec libyæ.ſ.uidit tātū cæſorꝫ hoium. Antheus gigas fuit:qui e terra natus dr̄:q̄ſi gigenius.i.terra genitus:hic hoſpites qcūq; per libyā trāſirēt ad luctā inuitabat & uictos occidebat quorꝫ capita poſtib9 ſuis ſuſpendebat ut cæteros terreret:cum āt hercules ueniſſet ꝓuocatus ab illo nō recuſauit luctari:dū inter ſe luctātur:gigas ille uirib9 nō ualēs ſpōte humi cadere cœpit:& ſtatim a matre ſua.i.terra reſūptis uiribus fortior herculi uidebat̄:unde admiratus hercules cœpit diligētius cōſiderare qd nā illud eſſet ꝙ caderet:tūc ītellexit ipſū a terra fortiorē fieri:qua ꝓpter illū ſublimē ſuſtinuit:& pectori ſuo lacertis aſtrinxit: donec ipſum aſpirare coegit.ille uero pſtratus humi corpore ſuo lōgiſſimo planitiē illā oēm occupauit. Hæc græcia. alia fabula Oenomaus Rex pyſæ filiā hūit hippodamiā pulcherrimā: quā matrimonio deſpōſare uolebat hac lege ut qcunq; eā in curſu uinceret illa potiretur in mr̄imonio:ad hāc plures forma puellæ capti cū in certamē ueniſſent uicti ſūt & corpora cæſorꝫ iuuenū in aula œnomai ſuſpēſa ſūt:ut cæteri pterrerent̄:pelops tandē abiit:& corrupto myrtillo auriga puella potitus ē &c.dicit ergo nō plura capita in aula œnomai fuiſſe ſuſpēſa q̄ in roſtra populi ro.pēdebāt. Aulea pyſea.i.œnomai regis pyſæ. Cū iā tale.ſed cū inqt hic diu ſtetiſſent ſuſpēſa:tandē remiſſa ira data ē ptās unicuique cognoſcēdi ſuos. Fluūt.ꝓ fluxerūt: p̄ſens pro p̄terito. Illa corpa.ſ.cōfuſa:qa ſanie fluxere capita. Cōfuſa:qa non cognoſcebant̄. Notas.ſigna & inditia. Pauido ſub.co.fur.adhuc metuebant:q̄uis ira nō nihil extīcta eēt. Subducit.i.clā ſubripit. Meq; ipſū.fingit hoc poeta dici ab eo quē ipē loqui ītroducit q uix caput fr̄is ſui dicit cognouiſſe:q aliorū miſerias defleret. Imponere flā.i.cremare. Luſtraſſe:circuiſſe. Pacis ſyllanæ.pacē appellat finē cædis. Caput:fr̄is. Perq; oēs truncos.caput ipſum aptabā ceruici cæſorꝫ:donec īueni corpus fr̄is mei. Quid ſāguine.generaliter dixerat Ille qui ītroducitur a poeta cædē paſſim ī urbe factā:nūc ſpecialiter noīat nōnullos q crudeliter occiſi fuer̄t: īter quos Mariū iuniorē ducis ipius frēm:quē mariū dicit iubente Sylla ad ſepulchrū Catul tractū fuiſſe:& ibi tāq̄ uictīa occiſū mēbratimq; laniatū fuiſſe.confūdit hiſtoriā:nā Marius iunior p̄neſte obſeſſus a Lucretio Affella Syllanarū partiū uiro cū per cuniculū tentaret euadere:oīa ſepta intelligens cū Theleſino fugæ comite:ſtricto utrinq; gladio cōcurrit:quē cū occidiſſet ſaucius ipē īpetrauit a ſeruo ut ſe occideret:fuit & Marius ſenatorii ordinis uir:quē extīxit Sylla crurib9 brachiiſq; fractis:aurib9 præfectis.& oculis effoſſis apud Catuli ſepulchrū:aliquādiu ſeruatū:ut per ſingula mēbra moriretur:de hoc Mario intelligēdū ē. Inferias:ap.piacula. Catuli.hic eſt catulus: quem cum Marius occidi iuſſiſſet:orantibus amicis ut ueniam daret : nil aliud reſpondit marius:mori oportet:q cū ſenſiſſet Mariū īpetū in ſe facere cubiculo quodā incluſus ardentē carbonē hauſtus cōtumeliā hoſtis aufugit:nūc ergo Sylla q̄ſi placare uellet catuli manes:quē marius ſenior occidi iuſſerat Mariū ducis ipſius fr̄em ad ſepulchrū catuli trahi iuſſit: ut ibi tanq̄ uictīa imolaret̄. Marius.ſ.iunior frater. Pēdit ꝓ pepēdit:præſēs ꝓ p̄terito. Nolentib9 umbris.q̄ſi ītantā crudelitatē nec umbræ catuli qui iuſſus fuerat occidi a patre ſeniore mario laudabāt. Vmbris:Catuli: Nō.fan.nō dicēda deteſtāda. Piacula.purgamēta.declarat illas inferias. Inexpleto buſto.non ſaciato:qa ſaciari nō poterat Sylla cæde huius adoleſcentis Marii.Vidimus q a poeta ītroducit̄ loq : dicit hos ætate ſua uidiſſe. Aeq̄taq; u.m.qa quot mēbra erat tot uulnera ī eius corpore cōſpiciebāt̄. Corpore cæſo.q̄uis eēt intercifus uiuebat tamē.cū uitalia læſa nō eēnt:nā ſigulis articulis iuſſit eū īcidi ſilla:iuſſitq; oculos poſt oīa mēbra effodi.ut ſui corpis lacerationē uideret. Letale.mortiferū. Datū aīe.qa uitalia læſa nō erāt. Morēq; nefādæ.iaudtū crudelitatis genus.ſ.pcere morti peūtis:qa cū pibat morti tamē poterat. Morē ſæuitiæ.i.cōſuetudinē crudelitatis. Auulſus.d̄ſcribit qūo ītercifus fuerit. Palpi.lin..i.mouet̄.Mut:oqa mouebat̄ līgua:tamē uocē emittere nō poterat. Hic.i.alius ex ſatellitib9 ſyllæ Ille.alter. Euoluit or.i.oculos poſtremo euulſos. Lumina.oculos. Spectatis membris.i.poſtquam mēbra uidit tū oculos effodi iuſſit.

Vix erat illa fides.i.uix credi pōt crudele facinus: uidelicet unū caput accepiſſe tot pœnas quot mēbra in uno corpore ſunt. Sic molle.per ſimilē oſtēdit qūo laniatus erat Marius corpore toto. Nō aliter inquit q̄ moles quæ de mōte uel ſaxo uel rectis ceciderit in corpus alicuius & ipſū cōfregerit: ita erāt minuta mēbra Marii: aut certe erat talis q̄le eſt cadauer in undis maris iactatū: tandē a piſcibꝫ laniatū ī littus iacitur. Miſcenƭ.confundūtur. Mole.grauitate. Ruinæ.montis uel ſaxi: uel recti. Fracta.ſ.mēbra. Nec magis.& ēt Marius ita deformis erat interciſis mēbris: ſicut cadauera a piſcibus laniata. Quid pde

Vix erit ulla fides iam ſæui criminis: unum
Tot pœnas cœpiſſe caput: ſic mole ruinæ
Fracta ſub ingēti miſcētur pōdere membra
Nec magis informes ueniunt ad littora trūci
Qui medio periere freto: quid pdere fructū
Iuuit? & ut uilem marii cōfundere uultum
Vt ſcelus hoc ſyllæ cædeſq; oſtenſa placere
Agnoſcendus erat. uidit fortuna colonos
Prænestina ſuos cūctos ſimul enſe receptos
Vnius populū pereuntē tēpore mortis
Tunc flos heſperiæ latii iam ſola iuuentus
Concidit: & miſere maculauit ouilia romæ
Tot ſimul infeſto iuuenes occōbere leto
Sæpe fames pelagiq; furor: ſubitæq; ruinæ
Aut terræ cœliq; lues aut bellica clades
Nunquā pœna fuit: denſi uix agmina uulgi
Inter & exangues immiſſa morte cateruas
Victores mouere manus. uix cæde peracta
Procubūt. dubiaq; labant ceruice: ſed illos

re fructū. miror q; hoc fecerit Sylla uel ſatellites Syllæ. tamē perdiderunt fructum: quia deformauerƭ mēbra ſui inimici: ut Sylla inimicum ſuum Marium cognoſcere nō poſſet: quem ſi cognouiſſet gratius fuiſſet Syllæ. Iuuit.ſ.ſatellites Syllæ. Per.fructū: quia nihilo magis cognouit eū Sylla q̄ ſi alterius ciuis corpus eſſet. Agno.erat nō ita deformis eē debebat: ut cædes inimici eſſet grata ſyllæ cum finē cognouiſſet: Oſtēſaq; cædes.ſ.Marii Syllæ cædē oſtēdebāt. Vidit for. nobiliſſimæ Italiæ ciuitates.ſ.Spoletū, Sanniū & praeneſte ſub corona bona ſua uenierunt: quia trucidati fuerūt oēs: unde præneſte ueruſtiſſimū oppidū expugnatū & caprū ciuitas dicta ē eodē tpe: poſtq̄ oēs uenierūt bona ſub corona. Vidit col.en.recep. quæ crudelis mors fuit: & fortuna dicit quia ut inquit Stra.hēt pneſte fortunæ tēplum illuſtre: unde certa edunƭ oracula. Cū.p quādo. Vidit: colonos. Cūctos.appo.populū peuntē tpe unius mortis: Nam publica uilla ī cāpo martio erat: Nā domus oēs extra mœnia ſūt appellatæ uillæ: qa ibi plerunq; aliquid cum populo agebatur: ſi ſuperueniret hymber ſe in uillam illam recipiebant: ut recti eſſent: & illud uillicum officium appellabatur: in qua uilla quatuor milia deditorum inermium ciuium Romanorum Sylla iuſſit interfici. Fortuna præneſtinā. quia Sylla tria milia præneſtinorum nobilium municipia ſub corona uenundari iuſſit: & eos deinde ad unum iuſſit interfici: ſcilicet Spoletum Sānium: & præneſte in uilla publica in campo Martio: uilla appellabatur: quod extra mœnia erat publica: quia populus Romanus eam ædificari fecerat: ut ſi quando hymber ſubitus ſuperueniret eo confugerent: in hac uilla quatuor milia Sylla iuſſit interfici: tunc in ſenatu clamor ingens exortus eſt: tunc Sylla inquit non admiramini: q; nonnulli praui caſtigantur: quare quieſcite: & uerba mea aduertite. Ouilia.appellauit ſepta illius domus publicæ: ubi hos iuſſit interfici. Hanc uero hiſtoriam Apianus ita refert: dicit enim q; Lucretius Affella præneſte recepta: ſenatores omnes qui cū Mario ea in urbe geſſiſſent bellum: partim interfecit: partim in uincula coniecit: quos Sylla ſubinde adueniens neci tradidit: iuſſitque ex præneſte ſine armis in campum prodire omnes qui ī urbe moram duxiſſent: Ex his quoſcunque ſibi utiles: paucos tamen e cæteris elegit: reliquos in tres partes ab inuicem diſtinxit: Romanos Sannites & Prænſtinos: cum diuiſi forent Romanis in primis per preconem annunciat: quoniam morte digna perpetraſſent: Veniam illis elargiri: reliquos confodi iuſſit: mulieribus eorūque filiis libere abire permiſit: ac ciuitatem diripuit hoſtiliter: opibus quidem refertam maximis in hūc igitur modum præneſte capitur. Populum pereuntem tempore mortis unius: ſubaudi fortuna uidit populum præneſtinum mori in tanto ſpacio quanto ſolus homo periret: nam omnes ferme eodem momento interfecti ſunt. Vnius ſcilicet hominis non unius mortis. Tot ſimul infeſto. hoc dicit uel peſtilentia uel fame: uel bello: tot iuuenes ſimul periere: ſed uno tempore tantam fuiſſe multitudinem dānatam nunquam auditum eſt: ſicut Sylla nunc iuſſit eos interfici. Occūbere leto. ideſt mori. Fame. quia fame multi iuuenes periere. Pelagique furor. ut naufragio. Subitæ ruinæ. ut tectorum. Cœlique lues. ideſt peſtilentia. Clades bellica. quia bello multi periere. Clades ſanguinis. Pœna. ſcilicet q; tot damnati occiderentur nunquam auditum eſt. Vix agmina uulgi. tanta multitudo cæſorum marianorum erat ut caderent: ſeque ſine labore ſatellitum necaret: ideo non opus erat gladiis ſatellitum. Vic.mo.ma. nā cadētes inter ſe cōcidebāt. Immiſſa mor. qa mors furere uidebaƭ īter eos: cū alius ſuper alium iaceret. Peracta cæde: ideſt occiſione. Procumbūt antequam morirētur: metu concidebāt.

Magna premit ſtrages.pagũtq; cadauera ptẽ
Cædis:uiua grauis elidunt corpora trunci.
Intrepidus tanti ſedit ſecurus ab alto.
Spectator ſceleris:miſeri tot milia uulgi
Nõ piguit iuſſiſſe mori:congeſta recepit
Omnia tyrrhenus ſyllana cadauera gurges
In fluuiũ primi cecidere:in corpora ſummi
Præcipites hæſere rates:& ſtrage cruenta
Interruptus aquis fluxit prior amnis ĩ æquor
Ad molẽ ſtetit unda ſequens:nã ſãguinis alti
Vis ſibi fecit iter:cãpũq; effuſa per omnẽ
Præcipitiq; ruens tyberina in flumina riuo:
Hærentes adiuuit aquas:nec iã alueus amnẽ
Nec retinẽt ripæ:reddũtq; cadauera campo:
Tandẽ tyrrhenas uix eluctatus in undas:
Sanguĩe ceruleum torrenti diuidit æquor
His ne ſalus rerum felix his ſylla uocari:
His meruit tumulũ medio ſibi tollerẽ campo:
Hæc rurſus patiẽda manẽt:hoc ordine belli
Ibitur hic ſtabit ciuilibus exitus armis:
Q uãq̃ agitãt grauiora metus multũq; coiẽt
Humani generis maiore in prælia damno
Exulibus mariis bellorum maxima merces

Dubia ceruice:quia incertum erat ãn mortui eſſent. Strages præmit.quia alius ſuper alium cumulabatur: Peraguntque ca.partem cædis.quia mortui uiuos occidebant cadẽdos ſuper eos. Partem ſcilicet eorum qui mortui non erant:declarat. Graues trunci.ideſt grauitas illorum truncorum. Elidũt ſuffocant:ut eliſos oculos.i.oppreſſos dicimus. Intrepidus.Sylla in ſuggeſto conſedebat oĩa conſpectãs tanquam ſi ad ſpectaculum conſtitiſſet. Securus. ſine cura. Alto.in ſuggeſto. Non piguit. non graue fuit Syllæ. Congeſta.omnia cadauera ſyllana recepit .Gurges tyrrhenus.i.tyberis tuſcus:qui parti ut ĩquit Strrbo per ætruria excurrit:deinceps ipſam diſterminãs:primum quidẽ ab ea diuidit umbriam: poſtea uero Sabinos & Latinos:Romæ ad littus uſque finitimos ex Apẽninis autẽ montibus Tiberis effluuit:igitur omnia cadauera cæſorum iuſſit pro influentem tyberini cõiici:ita & egerat Marius: nã ut inquit Apianus:iuſſerat ne corpora humarẽtur: ſed fluuio immergerentur. Cõgeſta:cumulata. Syllana cadauera.i.quæ a Sylla cæſa ſunt. In fluuium primi cecidere:hoc dicit qui prius iactati fuerunt trahuntur ad mare:ſed ultimi in fluuiũ minime cadere poſſunt ob tantam cæſoꝶ ſtragem. Primi cõiecti in flu. In corpora.ſ.cecidere. Præcipites rates:qa cũ naues magno uẽto & remorũ impulſu agitarentur:tamem tãta uis cadauerũ erat ut tenerent. Præcipites:ueloces.ſ.remis & uẽtis impulſæ Interruptus:ĩterclusus. Vnda ſequẽs:ideſt que ſequebatur interrupta eſt mole cæſorum corporũ. Stetit: multitudĩe cadauerum unda detinebatur Prior amnis:prima pars amnis deſcendit ĩ mare ultima cadere non poterat:quia detinebatur aqua mole cæſorum. Ad molẽ ſtetit unda: ideſt aqua retenta eſt a mole cadauerum. Vis alti ſanguinis: abundantia ſanguinis traxit cadauera ĩ mare. Effuſa.ſ.ſãguinis uis per omnẽ campũ:ruẽſque in fluuium:adiuuit aquarum iter. Nec alueus ſpatium quod eſt inter aquam & ripam. Redeunt cadauera cã.emittunt corpora in terram:quæ cœperunt a terra. Vix eluctatus:ſcilicet fluuius repugnans in undas ſuas quas uehit e Thuſcia diuidit æquor cũ ĩſparſione ſanguinis:hoc eſt tanta fuit ſãguinis abundantia:ut ſuffocatis undis fluminis in mare prorũpẽs illi colorem imponebat purpureum. His ne. ſylla.n.reip.Ro.ſalus uocabatur:cum pro rep.pugnaret:ſed nunc tanta præditus fuit crudelitate ut hoc nomine dignus non uideatur.Inquit ita ſenex iſte meruit ne ſalus rerum uocari Sylla. His:ideſt ꝓpter hæc facta:q.d.minime. Fœlix. Sylla ĩ fortuna fœlix dictus:cum paruulus a nutrice ferretur mulier obuia Salue inquit puer tibi & rep.tuæ fœlix & ſtatim quæſita quæ hoc dixiſſet non potuit inueniri:alludit poeta dicens fœlix Apianus tamen ait imaginem Syllæ ex auro equeſtrem ante roſtra collocatam fuiſſe Cornelio Syllæ imperatori fortunato:ſic enim illum adulatores in hoſtes fœliciter pugnantem appellare cõſueuiſſe:quæ adulatio ſtabile: tandẽ nomen obtinuit refert item nonnulla legiſſe ĩ quibus Sylla ex decreto uenuſtum appellari ſe uoluit:quod non longe a fœlici & fauſto differre uidetur:Cornelium quoque ſe ipſum ultro nominaſſe meruit ne uocari fœlix:certe non:Sylla ſe in omnibus fœlicem uocari uoluit.Vnde filio ſuo fauſtum Syllam nomen impoſuit. Tumulum ſuabudi meruit ĩ campo Martio ubi in quadam magnifica ſepultura conditus fuit.Hæc rurrſus:reuertitur ad propoſitum:& oſtẽdit maiora eẽ quæ timent Romani q̃ ea quæ olim Sylla intulit. Patientia:male dicunt aliqui ꝙ participia uerborum deponentium in dus non inueniuntur.Hoc ordine.qualis fuit Syllanus:talis erat Pompeianus & Cæſarianus ordo eundi in bellum. Hic exitus:finis erit huius belli futuri:ut tot occidendi inter Cæſarem & põpeium:quot fuerunt occiſi inter Syllam & Marium. Grauiora quoniam illi pugnabant cauſa uindictæ ſed Cæſar & Pompeius Martem collaturi ut Romano potiantur imperio. Multum humani : maior pars humani generis congregatur in prælia maiori damno q̃ fuit illud Syllanum. Maxima merces bellorum:prima expoſitio.hanc enim Sylla mercedem maximam bellorum arbitrabatur:cum Roma rece

ꝑta foret Marianis factis exulibus alia expoſitio maxima erat merces marianis exulibus ut Romam rediměrent a Syllanis:& e cõuerſo ſylla faciebat. Maximã:ſuper omnem mercedem:ſed Pom.ac Cæſar nõ cõtẽtabãt hac mercede:quoniã maiorẽ affectabãt.ſ.ſeruitutẽ romanã. Hos alio fortuna uocas:o fortuna tu uocas hos duces ultra mercedẽ mittẽdi ꝑtes aduerſas in exiliũ. Olĩ:aliquãdo.Cõcurrũt Pom.& Cæſar potiũdi ĩperii gratia. Cõtẽtus.ſ.eo quo fuit Sylla. Sic mœſta ĩponit finẽ orationi ſenili:Senex.n. præteritæ memor calamitatis futuram Romanorum miſeriam lugebat. At non:quædam romæ præclara fuit familia Portia nuncupata.quæ a Tuſculo oppido

Roma recepta fuit.nec plus uictoria ſyllæ
Preſtitit inuiſas penitus quã tollere partes
Hos alio fortuna uocas:olimque potentes
Concurrunt.neuter ciuilia bella moueret
Contentus quo ſylla fuit:ſic mœſta ſenectus
Preteritique memor flebat metuẽſq; futuri
At non magnanimi ꝑcuſſit pectora bruti
Terror & in tanta pauidi formidine motus
Pars populi lugentis erat.ſed nocte ſopora
Parrhaſis obliquos helice cũ uerteret axes:
Atria cognati pulſat non ampla catonis
Inuenit inſomni:uoluentẽ publica cura
Fata uirũ:caſuſq; urbis cũctiſque timẽtem
Securũque ſui farique his uocibus orſus
Omnibꝫ expulſæ terris olimque fugatæ
Virtutis:iam ſola fides quã turbine nullo
Excutiet fortuna tibi tu mente labantem
Dirige me:dubium certo tu robore firma:
Nãq; aliique magnũ:uel ceſaris arma ſequũt
Dux bruto cato ſolus erit pacem ne tueris
Incõcuſſa tenes dubio ueſtigia mundo
An placuit ducibꝫ ſcelerꝫ populiq; furentes
Cladibꝫ immixtũ ciuile abſoluere bellũ:
Quæque ſue rapiũt ſcelerata ĩ prælia cauſe:

traxit originem decora fuit duobus claris uiris ſcilicet ceſorino & uticenſi catonibus.Huius uticẽſis catonis ſoror Seruilia nomine Iunio Bruto nupſit:de qua hic Brutus editus:præclaram mulierem Portiam Catonis filiã in uxorem accepit. Igit̃ & Nepos & gener erat Catonis:ad quẽ ſuam facturus ẽ orationem.Cũm enim tota ciuitas eſſet ĩ tremore ſolus Brutus ſine timore uidebatur:quoniã erat magnanimus.ideo auctor magnanimi Bruti dixit. Terror eſt in agente:utputa in bellis tremor in patiente. Et pars:ſubaudi non erat pars populi lugẽtis in tanta formidine rerum. Motus pauidi:ideſt q̃ homines pauidos efficit.Paraſis helice. legit̃ apud Homerum atq; Ouidium quandã adoleſcẽtulam caliſtonem dictam:iunonis inſtinctu in urſam fuiſſe conuerſam:quam ut aiunt in polum arcticum tranſtulit:quæ paraſis dicta eſt a Paraſa ciuitate Archadiæ de qua fuit oriunda uocabatur etiam helice. Ait itaque q; urſa iam flexerat curſus ſuos: quando Brutus ſe domum Catonis contulit. Atria: partem pro toto. Non ampla:quoniam neque libidini neque lautæ uitæ Cato ſtoicus deditus fuit. Cognati catonis:diximus Brutum Catonis nepotem &generum extitiſſe. Publica fata:de ſtatu ciuitatis cogitantem inuenit Catonem.Virum enim conſilii tota non oportet dormire nocte ut ait Homerus. Cunctis timentem:cunctorum gratia timore afficiebatur. Omnibus expulſæ: hæc oratio in deliberatiuo genere conſtituta habet honeſtatem:quoniam illud laudibus proſequitur quod ab omni uiro laudari deberet: ſuadet enim Catonem remanere domi a bellis ciuilibus abſolutum: quod officium ſuaſionis eſt boni uiri. Sola fides: o Cato ſolus es refugium uirtutis ab omnibus aliis remotæ aperte eſt exordium:nam captat beniuolentiam ab auditore:oſtendẽdo rem eius magnificam.

Fortuna:ſiue proſpera:ſiue aduerſa nunquã uirtute tibi excutiet:hoc eſt nullus rerum tibi uirtutem auferre poterit:fortuna eſt rei incertus euẽtus:alias ſtatum ſignificat. Nãque alii:arguit ab honeſto ut cæſarem aut Pompeium non ſequatur:ut alii faciunt imperiti. Inconcuſſa ueſtigia tenens:ideſt firma ueſtigia tenẽs in uirtute tueris pacẽ an bellũ gerere uis. Mũdo dubio.i.toto orbe ĩ bello & ĩ ſtultitia exiſtẽte uis tueri pacẽ:ac ſi.d.ſolus es ille q̃ pacẽ tueri d̃bes. An placuit abſoluere:dicimus abſouere.i.ꝑficere uñ de ueſtẽ abſolutã in oĩ re ꝑfectã appellamus: abſoluere ẽt eſt dãnatiõe liberatũ eẽ.Brutus igit̃ inqt o Cato uis ne abſoluere.i.ꝑficere bellũ ciuile te alicui ducũ fauẽte:uel abſoluere liberare duces.ſ.Pom.& Cæſarẽ: uel hoc bellum tantis ſceleribus implicitũ:& omnia trahit argumenta ab honeſto.Eſt autẽ ordo an placuit ſcilicet te ĩmixtum ducibꝫ ſcelerꝫ: & cladibus populi furentis abſoluere bellum ciuile. Scelerata: quæ nõ tuendæ libertatis gratia fiunt. Quæque ſuæ rapiunt: ſuaſit Brutus ne bellum ciuile ingrederetur.Cato a cõſequẽti:nã ſi ita inqt o Cato bellũ patieris:id ꝓbare uideberis:& cæteri libentius bellũ hoc ſuſcipiẽt.Nũc arguit hoc mõ.Cæteri inqt excuſari poterũt: q; aliq; cã ĩpulſi bellũ petãt:tu uero nulla excuſatiõis cã moueris:duæ ſunt cauſæ.ſ.ĩpulſiua & ratiocinatiua.Impulſiua ẽ q̃ ĩpellit hoĩem ſine cogitatiõe ulla nõ prius hĩta rõe ipſius rei.Ratiocinatiua ẽ quotiẽs prius diligẽtius cõſiderata re & rõe & eã accomodamus:cæteri hñt cauſam rõcinatiuam:quia uel cõmodi cõſequẽdi uel uitandi cauſa bellum petunt.

Hos polluta domus:legeſq; in pace timendæ
Hos ferro fugienda fames:mūdique ruinæ
Permiſcenda fides:nullū furor egit in arma.
Caſtra petūt magna uicti mercede tibi uni
Per ſe bella placēt quid tot duraſſe per annos
Profuit immunē corruptis moribus æui?
Hoc ſolū longe præcium uirtutis habebis
Accipient alios:faciēt te bella nocentem.
Nec tantū o ſupi liceat furialibus armis
Has ēt mouiſſe manus:nec pila lacertis
Miſſa tuis cæca telorum in nube ferantur
Nec tanta incaſſum uirtus eat:ingeret oīs
Se belli fortuna tibi:quis nollet ab iſto
Enſe mori quāuis alieno uulnere labens?
Et ſcelus eſſe tuū? melius trāquilla ſine armis
Ocia ſolus ages:ſicut cæleſtia ſemper
Inconcuſſa ſuo uoluuntur ſydera lapſu:
Fulminibus propior terræ ſuccenditur aer

Hos polluta domus.i.cauſa uitandi incōmoda. Hos ferro.fug.fa.hoc cā cōſequēdi cōmodi.Fides ſub audi ſemper rapit a ſupioribꝫ:alii.n.promiſerunt ſeq Cæſarem uel Pom:etiā ſi rueret mundus:ideo pro miſſa fides ruinæ mūdi trahit aliquos. Polluta:nocens.Domus qui delictū aliquod cōmiſerūt uel paricidiū:uel adulteriū.uel furtū:unde libēter bellū hoc amplectunť:ut poſſint effugere ſuppliciū quo dānati ſūt. Leges:declarat uidelicet quia īprobis pœnā ſtatuūt: In pace.i.quia in bello impunitas ſcelerum amatur:ubi ſperat unuſqſq; licenter uiuere.Hos furto.cā cōſequēdi cōmodi. Fugiēda ferro:adeſt timēda bella. Fames.i.paupertas:quia in bello ꝓficiſcunť paupertate ducti. Hos.i.alius .ſ. rapit quibus ſua diſplicēt:aliena appetunt ergo pauperes. Permiſcenda fi. qa fide aſtricti ſequūť alii cæſa.alii Pom.quā ſeruare nō poſſunt ſine mūdi ruina: neceſſe ē ergo ut ruat mundus. Nullū fu. nemo ira ꝑcitus ad hoc bellū ꝓficiſciť.q.d. tollerabilius eēt ſi ira & indignatione & inimiciciaꝝ moti bellū peterent:ſed cū ſpe cōmodi hoc faciant iniuſtior cā eſt Mercede.ſ.quā uterq; dux militibus ſuis promittit. Tibi uni:Validū argumētū cur nō debeat īpe huic bello intereſſe:quoniā nulla cā excuſabili hoc feciſſe uidebiť:nā alii cā uitandi incomodi: tu uero cupiditate uideberis bello intereſſe. Quid tot:arguit a iuſticia:nā qui innocentiam per omne tēpus uitæ ſeruauit:debet in ea perſeuerare:nam ſi bellū petis innocentia tua corrūpetur a nocētia & ab officio innocentis & integri uiri deſiſtes: ergo debes te o cato mouere ante acta uita ut nolis innocentibus connumerari. Tibi:o Cato. Immunē:criminis inexpertē. Corruptis moribꝫ:cum mores totius mundi cupiditate corrupti fuerūt:tu uero incorruptus es. Quid profuit.q.d.nihil ſi bellū hoc petieris. Hoc ſolū:o Cato hoc præmiū conſequeris: nam cæteri in caſtra nocentes proficiſcētur: tu uero innocens ut præmiū ꝓficiſceris nocēs efficieris: ergo a bello deſiſte:quod te nocentem facit. Præciū:hyronia:īmo pœna erit. Alios nocentes. Nō tātū:nūc ꝑ exclamationē deteſtať hoc cōſiliū:ut nolit Cato bellis ciuilibꝫ intereſſe.O ſuperi ꝓhibete hoc nephas:ne hoc bello Cato uiř innocēs ſe inſerat:ſi uero o Cato hoc feceris tibi uni cædes aſcribētur:nā ſi quis uulneratus fuerit dicet ſe periiſſe magis tuo telo ꝙ aliorū:maior ergo ꝑs huius belli tibi aſcribeť. Feralibꝫ.i. letiferis uidelicet mouiſſe manus. Has: ſcilicet Cato. Nec pila lacertis.i.ne tua brachia feranť in cædē romanorū. Pila ſunt tela romana. Ferātur.ſ.temere: ideo cæca nube dixit. Eat incaſſū. euaneſcat: nā ſi ſemel te immiſcueris ſceleſtis ciuibus tua oīs uirtus periſſe uidebitur. Ingerit:inculcabit ſe tibi. Quis nollet.q.d.oēs. Mori: ꝗ occidi cupientate. Labens:cadens. Alieno uulnere.i.alterius militis:tamē te auctorē fuiſſe cædis ſuæ dicet. Melius o Brute diſſuaſti ꝙ nō ſit ꝓficiſcēdū in bellū:ſed nūc ſuade qd ſit faciēdū:nā nō ſatis ē ꝙ monueris qd ſit fugiendū:niſi ēt quid ſit faciēdum.Hoc ergo dicit Brutus o Cato cōſiliū tuū debet hoc eē:ut a bello ciuili remotus in aliqua regione ſolus ꝑmaneas:& ibi tua trāquilitate aī fruaris:& per ſimilē oſtendit ut ſecurus uiuat in ſolitudīe a ſceleſtis hominibꝫ remotus.Nā queādmodū altiora cœli nō ſentiūt ꝑturbationē illā:ullāq; uētorū:uel fulgurū:uel fulminū ꝓcellā:ita tua mens quæ cæleſtibꝫ cōpanda eſt oī perturbatiōe uacare debet. Solus:o Cato. Melius:ꝗ hunc uel illū ducē belli ciuilis ſeqris. Sicut:fac ut eandē ſerues ſtabilitatē ꝓpoſiti tui quā ſydera ſeruāt quod ab initio ſibi īpoſuit diuīa ꝓuidentia ab eo nō declinat ita & tua mēs quæ cæleſtibꝫ cōparari pōt &c. Cæleſtia ut ſol:luna ſemp eodē motu ſuū curſū perficiunt hinc ē ꝙ Stoici crediderūt ſtellas:& nō ſolū corpora cæleſtia animata eē: ſed ēt terram mare deos eē ſicut Cicero ēt oſtendit dicens:Solē lunā ſtellas: & nō ſolū corpora cæleſtia:ſed ēt terrā mare deos eē:quia regūtur rōe quadā:& ꝙ oīa animata intelligentia permaneāt:nam cū uidemus ſolē & lunā ſempet eadē ratiōe moueri:nec unꝗ a curſu ſuo declinare:id ſine rōe non poſſe fieri arguebāt:& rōem hr̄e non poſſe:niſi animata eēnt:ſed ualde decepti ſunt.non.n.aīata ſūt cæleſtia:ſed deus diuina ꝓuidētia angelū uel ſpiritū ſiue intelligētiā ut theologi dicūt īpoſuit cæleſtibꝫ:qua regunť & gubernāť:& ideo nō ſine ſūma rōe mouenť Suo lap.diuīa ꝓuidētia hoc faciēte. Ful.cæleſtia ꝗ ī alto ſublata ſūt:nullā aeris ꝑturbationē ſētiūt:ſed craſſus hic aer humilior et terræ ꝓpingor ſuccēdiť fulminibꝫ:ſic tu o Cato:&c. Aer ꝓpior terræ.i.Craſſus.

Ima telluris:ideſt pars inferior terræ & pluraliter hæc ima declinauit. Vētos:hic aer terræ propiquior in nubib9 inuoluitur & e nubib9 ignes ætherei erūpūt qui pacē & trāquillitatē hanc perturbēt. Tractus que coruſcos:ſignificat fulgura quæ ſciſſis nubibus erūpere uidenť. Olympus:ps cæli altior: Olympus excellenti uertice mōs theſſaliæ tātus attollitur:ut ſūma eius teſte Solino cœlum accolæ uocēt:ara ē in cacumine ioui dedicata:cuius altarib9 ſi qua de extis inferantur nec difflātur uētoſis ſpiritibus: nec pluuiis diluūtur:ſed uoluēte anno cuiuſmodi relicta fuerit:eiuſmodi reperiūtur:& oībus tempeſtatib9 a corruptelis aurarū uidicatur quicquid ibi ſemel ē deo cōſecratū. Litteræ in cinere ſcriptæ aduſq; ad alterā āni cærimoniā pmanent. Excedit:ſuperat nubes nā ætherea regiōe nō nubes nō uenti ſunt:ſed oīa qeta ſūt. Lege deū:hoc deo℞ uolūtate factū eſt ut oīa cæleſtia ſint quieta. Minimas re℞.i.hūiles res & terræ ꝓpinqs perturbat. Sūma.i.alta Quā læṫæ cæſa:ē alia rō cur nō debeat bella ciuilia ſequi Cato:ne uidelicet cæſarē licētia augeat armo℞:nā ſi cæſar uiderit te eē ſecutū Pom.ciuilia bella mouētem gaudebat:& licētius arma cōtra rēp. ſūmet: & dicit Cato arma ſūpſit:ſic cæſar ſūmeť pōt. Quā:ꝓ qtū Lætæ:letabiť inqt cæſar ꝙ tu bellū ciuile ſuſcepis Nā plata:ꝙ pō.ſeqris non dolebat cæſar: nā ſe ſatis placuiſſe Cat.exiſtiabit:cū bellū ciuile a Cat. ꝓbabitur: Diuer.inimica. Magni.pom. Prælata:ātepoſita. Nimiū pla.ſibi:dicit qre nō dolebit qa ſi Cat. placet bellū:& ipi Cæ. magis placet:q eiuſdē ſententiæ ſūt:idē approbāt & improbāt. Pla.ſ.Cat. Pars magna:alia rō:ſi tu bellū ciuile ſecutus fueris te Pō. ſubiicies:ſicut ciues oēs Ro. pati ſunt ſeruire Pom. imo oēs Pom.ſolicitant ut bellū hoc ſuſcipiat:quoniā ſeruire pati ſūt:ſi tu idē feceris:oēs ſerui tūc erūt pter cæſarē:ſed tu aīum tuū ita inducis:ſicut cæteri faciūt:ut te Pom.ſubiicere uelis. Solicitāt.ſ.pom:ut uelit impiū ſubiicere cōtra Cæ. Quib9.ſ.pceribꝰ qui ſe Pom.ſubiiciēt:ſicut cæteri. Adde Cat.tūc oēs alii ſerui:ſed ſolus cæſar liber iudicabiť. Pars ma:qa ex maiori pte ſenatus īperiū Pom. demādabať:ut bellū ſuſciperet cōtra Cæ. Priua.duce.i.Pom.q eo tpe nullū magiſtratū gerebat. Cōſul.i.Marcel.& ſeruilius:quis cōſules eēnt tamē qa ī bello uidebāt pſtantiſſimū ducē Pom.eſſe iō ei priores partes dedere:q putabať huius belli optimus impator:quis priuatus eſſet. Subiuga Pom.ut ipe uelit ſe ſubiicere Pom.oēs quidā ſeruiūt:pter Cæ. Quod ſi ꝓ leg.ar.ſed ſi iquit Brutus o Cato hoc bellū uelis ſeq:ut ꝓ libertate & pſia pugnes:tibi dico me nec Cæſaris:nec Pō.hoſtē eē:poſt bellū uero me hoſtē fore uictoris aſſero:nunc uero ante uictoriā:me neq; Cæſaris:neq; Pom.hoſtē hēs. Pro leg.romāis:ut leges defēdāt aduerſus cæſarē qui iura oīa diuina & humana perturbat: Ferre ar. pro defēſiōe. Legi.pſiis:ꝑ defēſiōe legū pſiæ. Libertatēq; tu.ſ.aduerſus cæſarē qui eā ꝓſequitur. Poſt bellū uictoris hēs.ſ.brutū hoſtē uter eo℞ uictor fuerit eius hoſtis ero. Sic fa.ſic locutus ē brutus:ſed cato rſpōdit id qđ ſequitur. Sūmū brute nefas &c.In ſuaſiōe & diſſuaſiōe ſpectať honeſtū: utile:facile:delectabile & neceſſariū:& ecōuerſo cū aliqđ ſuadere uolumus ſi oſtēdere poſſumus id eē honeſtū:utile:delectabile: facile & neceſſariū:nihil ſupeſt qđ ad ſuaſionē afferre poſſim9:& ecōuerſo turpe iutile difficile triſte & nō oportunū in diſſuaſiōe eē dicius.ſi uolumus diſſuadere:hoc ēt dicit hic.ſed iter oīa neceſſariū maxium ē. Parū &.n.eēt id qđ ſuadere uolumus& honeſtū & utile eē ſi fieri nō poſſet.cū igiť brutus ſuadere conatus ſit ab honeſto uidelicet a iuſto:ne uelit itereſſe bellis ciuilib9 cato:idq; negare nō poſſet honeſtū eē:& īnocētiæ ſuæ cōuenire ut ꝓcul abſit a bello.In pricipio oratiōis ſuæ id cōfirmat cato:ſed ad neceſſariū confugit:oſtēdit quoq; honeſtū eē id qđ ſuaſerit brutus:tamē neceſſitate cōpelli ſe ait:ut una cū cæteris uelit pō. in bella ſequi. Fate.fatemur iquit cato eē:ut ſuaſerit brutus nefas ſequi cīle bellū ſed ſi ab eo abeſſe poſſimus id equs eēt:ue℞ cū nos fata cōpellāt quib9 reſiſtere nō poſſū:ſi qđ turpe in hoc erit:nō mihi: ſed diis erit aſcribēdū. Sequēť.ſ.eo. Quo fata:uolūtates deo℞: Virtus ſſēſus ē idē quē Euripides ī tragœ. Ecuba applicata poſuit:oē qđ neceſſe ē ſapiētib9 ſeruit:uidelicet neceſſitas ſeruit ſapiētib9: ſi neceſſe ē aliqd eē nēo reſiſtere pōt:ſi nō reſiſtit:ergo ſeruit neceſſitati ſapiēs ſed ille dicit ꝙ neceſſitas ſeruit ſapiēti:ſed recte dicit qūo neceſſitas ſeruit ſapiēti.Sapiēs.n.cū itelligit aliqd eē neceſſe facit id eē uolutariū:ſi neceſſe eſt ut hoc ſit:uolo ēt ut ſit:unde deſinit eē neceſſe:ita ēt hoc loco uolumus & nos ſeq bellū cīle:qa neceſſe eſt.

Imaque telluris tractus uētoſque coruſcos
Flāmarū accipiūt nubes excedit olympus
Lege deum:minimas rerū diſcordia turbat.
Pacē magna tenent:quā lætæ cæſaris aures
Accipiēt tantū ueniſſe in prælia ciuem:
Nā prælata ſuis nunquā diuerſa dolebit
Caſtra ducis magni:nimiū placet ipſe catoni
Si bellū ciuile placet. pars magna ſenatus
Et duce priuato geſturus prælia conſul
Sollicitant ꝓceresque alii:quib9 adde catonē
Sub iuga pompeii.toto iā liber in orbe
Solus cæſar erit.quod ſi pro legibus arma
Ferre iuuat patriis:libertatemque tueri
Nūc neque pompeii brutū nec cæſaris hoſtē
Poſt uictoris habes bellū:ſic fatur:at illi
Arcano ſacras reddit cato pectore uoces
Sūmū brute nefas ciuilia bella fatemur
Sed quo fata trahunt uirtus ſecura ſequetur:

Crimē erit ſuperis: & me feciſſe nocentem
Sydera quis mundūq; uelit ſpectare cadentē
Expers ipſe metus? qs cū ruat arduus æther:
Terra labet mixto coeuntis pondere mundi
Cōpreſſas tenuiſſe manus? gētes ne furorem
Hæſperiū ignotæq; romanaq; ſigna ſequētur
Deductique fretis alio ſub ſydere reges?
Ocia ſolus agam? ꝓcul hunc arcete furorem
O ſuperi motura dachas ut clade getaſque
Securo me roma cadat.ceu morte parentem
Natorum orbatū lōgum producere funus
Ad tumulos iuuat ipſe dolor iuuat ignib.atris
Inſeruiſſe manus cōſtructoq; aggere buſti
Ipſū atras tenuiſſe faces: nō ante reuellar
Exanimen quā te cōplectar roma tuūque
Nomē libertas:& inanē perſequar umbram.
Sic eat.immite romana piacula diui
Plena ferant:nullo fraudemus ſanguine bellū
O utinā cælique deis herebique liberet

Crimē erit ſupis:ſi oēs nocētes ſūt ego quoq; nocēs ero culpa deoꝝ. Crimē.i.culpa:arguit ergo a neceſſitate. Sydera:argumētū nemo neceſſitati reſiſtere debet:cū hoc negocii non poſſit fugere: neceſſe eſt itereſſe bello:ſed neceſſitati pendū ē: at uero ſequi bellū cīle negari pōt:nunc ꝓbat argumētū:cū tanta ſit totius orbis terraꝝ ꝑturbatio.quis ē qui īter ꝑturbationē oīum ſolus ipſe qeſcere uelit? ꝓbat a neceſſitate ſi totus orbis terrarū ꝑturbatus ē:nēo pōt eē trāqllus:& ꝙ ſit ꝑturbatus apparet:nā ſigna cœli ut mars &c.& mare terra ſignificāt uniuerſo orbi terrarū magnū & ineuitabile ꝑiculū inſtare. Expers metus:uideť hic cato philoſophi nō ſeruare grauitatē: quia dicit ſe terroris nō poſſe eē exptē philoſophus animū ita cōſtituere debet:ut nihil metuat:nihil ſpet: & nulli paſſiōi ſubditus ſit:ſed dicit ſe terroris non poſſe eē exptē.Aduertēdū ē āt ꝙ uir fortis:ſicuti oīs uirtus ī medio cōſiſtit:ita ipē mediū teneat: alioqn a uirtute ďſiſtit:ſiue ad extremū ꝑ exceſſū decliauerit:ſiue ꝑ defectū ad aliud cōtrariū extremū decliauerit.uir fortis dr̄ q nō timet q nō ſpat:qui nō gaudet:q nō dolet:ſed timet tātū quæ ſūt timēda:Si uero nō timet q̄ ſunt timēda:decliare incipit ad extremū ꝑ exceſſū:nā appellať audax:Si uero timet ea q̄ nō ſunt timēda ꝑ aliud extremū declinat: nā timidus eē īcipiet:ſed quotiēſcūq; aliqs ꝑ exceſſū timēda cōtemnit pōt in audaciā & furorē īcurrere.Terror āt ē ſupra facultatē hōis:aut ſecundū facultatē: ſi ſupra facultatē cōſiderať dupliciter:aut ſecundū magnitudinē:aut ſecūdū magis & mīus:ſecūdū magnitudinē eſt:uerbi cā multi hoſtes maiorē terrorē incutiunt q̄ pauciores.ſecundum magis & minus eſt:ut ſi hoſtes uicini ſint magis timendi q̄ remoti: in hoc terrore poteſt ītrepidus eſſe uir ſapiēs & fortis:terror eſt ſupra facultatem hominis:de quo hic loquitur cui reſiſtere nemo poteſt:ut terræmotus: diluuium:īcendia: prodigia & cetera:quæ ſunt ſupra facultatem hominis:& ſi quis hunc terrorē nō ſentiret:iam non fortis:ſed inſanus & furens diceretur.Nunc ergo Cato dicit ſe timere hunc terrorē qui gentibus inſtat:qui eſt huiuſmodi:ut facultatem hominis ſuperet:quem ſi quis contēneret non furens fortis:ſed furens appellabitur:quod in ſequētibus probabit Cato ibi. Procul hunc arcete:&c. hic locus ex intima philoſophia tractus ē. Cōpreſſas tenuiſſe manus:ſūptum ē ex ꝓuerbio:nā dicer ſolemus cum oēs prouidēt periculo:iſte manus tenet cōpreſſas.i.el tene le mane incroxade. Coeūtis mūdi.i.corruētis.ſ.terræ:ideo terræmotū intelligit. Gentes ne furorē:totus orbis terraꝝ ad hoc bellū cōuenit.ego ne ſolus in ocio pſiſtā.q.d.nō. Gētes.ſ.ſequenť. Furorē heſp.i.bellū cīle. Ignotæ in extrēis terraꝝ ptibꝰ poſitæ. Reges alio ſub ſydere.i.alio climate hitātes q̄ Ro. Diducti fre.diuiſi ꝑ maria nauigā. ad hoc bellū. Procul hunc.quia nō eēt fortitudo:ſed potius amētia nō timere hoc bellū. Furorē.ſ.ꝙ oēs gētes timeant ego ſecurus ꝑmaneā. Clade:ciuili bello.Dacas populus.Getas po.in ſeptētriōe poſiti. Me ſecu..i.ſine cura manēte. Ceu morte:ego inquit nō aliter ero urbi Ro.ac libertati q̄ pater ſolet eē filio nā ſicut pater adeſt funere filii:nec ſolum uult adeſſe:ſed ēt rogū ſtruere:facē tenere:quā rogo ſubiiciat ut cadauer filii cremeť.ita ego interero exitio Romæ pr̄iæ & parētis libertati:dū ad finē ꝑuenero:nō deſinā intereſſe & ſi uerā libertatē retinere nō potero:umbrā ſaltē libertatis āplectar:dōec aliq ſit exitus. Orbatū: priuatū filiis. Producere fu.i.comitari pōpā funeris. Ad tumu.i.dum ferť ad ſepulchꝝ. Inſeruiſſe:imiſcuiſſe. Atirs:funereis.i.funereis ignibꝰ.i.quibꝰ rogus īmiſcetur ut cadauer filii cremeť Cōſtructo ag.bu.i. culmine & tecto erecto buſti.i.cadaueris cōburētis: unde buſtum dr̄ cadauer uſtū q̄ſi cōbuſtum. Ipſū ſcilicet iuuat pr̄em. Tenuiſſe faces.i.qui ſæpe mortuo filio faces ſubiiciat rogo. Inde ante reuellar:eodē modo me gera in ruinā patriæ & libertatis. Reuellar:a bello. Exanimē.i.mortuū. Tuūq; nomē: ideſt ſi uerā libertatē retinere nō potero:ſaltē nomē ipſius libertatis amplectar. Vmbrā:declarat illud nomē libertatis. Sic erat.quoniā ita diis placuit ut nullus ſāguis abſit huic bello ciuili. Piacula:ideſt nullla diuinatione facta. Nullo ſanguine:nec meo quidē. Sic erat qđ ē inſtitutū a diis. Immites īexorabiles:q exorari nō poſſūt ut impio ro.parcāt. O utinā:tātū abſit īquit:ut ego ſolus ueli a bello ciuili remotus eē: īmo ſi fieri poſſet ꝓ oībꝰ mori uellē:& me libēter ꝓ po.ro. & libertate deuouerē:exēplo decioꝝ.Duo fu/

rũt Deciꝰ pater.ſ.& fi.alter bello galli.ſe deuouit:alter latio cũ̃uterq̃ dux.ſ.Decius & mãlius cũ.ſ.latinis ſeq̃nti die cõgreſſuri eẽnt:hũerũt in ſõniis:cuius exercitus dux piret:uictoriã hẽret:ubi luxit inte ſe cõicar̃t cõſiliũ de ſõnio ꝙ unicuiq; appuiſſet:cũ eadẽ ſpẽs unicuiq; uerſata eẽt inter ſe ita cõparũt ut ſi altero cor/ nu milites pedẽ referrẽt:tũc impator ſe deuoueret ꝓ oĩbus:forte accidit ꝙ ſub ſiniſtro cornu ubi Decius cõſiſtebat:cohortes refugerẽt:cũ uero cognouit Deci.ritu Gabio cĩctus:ſe deuouit Prienate ſacerdote põ tifice maxĩo q uerba deuotiõis ſcripſit:ipſe deinde De.ꝓliũ ingreſſus:fortiter pugnãs occiſus ẽ:ut ex eo lo

Hoc caput ĩ cũctas dãnatũ exponere pœnãs
Deuotũ hoſtiles deciũ preſſere cateruæ
Me geminæ figant acies:me barbara telis
Rheni turba petat.cũctis ego peruius haſtis
Excipiam medius totius uulnera belli
Hic redimat ſãguis populos.hac cæde luatur
Quicquid romani meruerũt ꝑdere mores:
Ad iuga cur faciles populi:cur ſæua uolentes
Regna pati pereũt me ſolum inaudite ferro
Me fruſtra leges:& inania iura tuentem
Hic hic pacẽ iugulus finẽque laborum
Gentibꝰ heſperiis:poſt me regnare uolenti
Non opus ẽ bello.qn publica ſigna ducẽque
Pompeiũ ſequimur:nec ſi fortuna fauebit
Hũc quoque totius ſibi ius ꝓmittere mundi
Non cõpertũ ẽ.ideo me milite uincat
Ne ſibi ſe uiciſſe putet:ſic fatur & acres
Irarum mouit ſtimulos:iuueniſque calorem
Excitat in nimios belli ciuilis amores.
Interea phœbo gelidas pellente tenebras
Pulſatæ ſonuere fores:quas ſancta relicto
Hortenſi mœrens irrupit martia buſto

Adde ꝙ innumeræ: arguit a neceſſario a contrario: quia non neceſſitas: quemadmodũ ille qui ſuadet arguit a neceſſario: cum aliquid faciẽdum eſſe dicit: quia eſt neceſſitas ita qui diſſuadet arguit a neceſſario a contrario: quia nõ eſt neceſſitas. Non uſqꝫ adeo inquit gẽtes appellatæ horrent bellum ciuile: quin: ſint plures populi bello q̃ nos: ergo nulla neceſſitas eſt quæ cogat nos Maſſiliẽſes in bellum cõiungere: quia multi ſunt populi: nedum Maſſilienſes inuitos in bella cõiungere neceſſe ſit. Innumeræ. ꝓ innumerabiles. Concurrunt: ad uos ſponte ſua. Iners: ignauus in bello. Horret: timet. Contagia ſcelerum. nt maculent ſe ſcelere bellorum ciuilium. Egeat gladiis. qa populi ſpõte ad bella concurrent ſine armis. Sit mens iſta: arguit ab utili: utile ẽ ne uobis populi arma cõiungant: nam ſi nemo alter uobis arma coniugeret: ut cũ ciuis ciuem: pater filium: filus patrem frater fratrem uiderit: arma cõprimet: nec erit qui audeat tãtum ſcelus cõmittere: ut primus bellum ciuile incipiat: ex quo ſequitur: ut tam tetri tamqꝫ nepharei belli inſiſter finis: utile eſt arma a bello ciuili deducere: & ſi nõ placuerint bella ciuilia finem habebũt. Fata: fortunas. Alius miles: Ideſt ne ullorum populorum auxilia ſequantur. Cui uero: quare uos o Romani oro dii faciant ne quis arma uobis coniungere audeat: quia ſi ciues cum ciuibus parentes filiis coniuncti fuerint: quis erit qui audeat arma miſcere: ergo finem habebunt bella ciuilia Languebit: torpeſcet. Cõſpecto: uiſo patre nemo eum uulnerare audebit. Finis adeſt rerum: Ideſt finis eſt bellorum ciuilium: ſi conceditis primo aliquid. Fas eſt: Scilicet gerere bella inter fratres: externis nephas eſt gerere bella ĩter fratres: ſed ſi conceditis arma quibus eſt fas: ideſt externis: tũc bellum locum habebit. Nec nobis ſumma: Maſſilienſium legati hic ſe gratos oſtendunt: ꝙ uidelicet Cæſarem recipere uelint dimiſſo tamen exercitu: qui de ſe benemeritus fuerat: nam deuictis gallis maximis uectigalibus aucti fuerunt Maſſilienſes o Cæſar: ut nos beneficiorum gratos intelligas placet: ut dimiſſo exercitu ipſe ingrediaris mœnia noſtra. Aquilas: declarat: ideſt ſigna infeſta. Procul: alonge. Credere: committere. Excludique ſinas: Arguit a parte honeſti ab ea parte quam Cicero par appellat. par eſt ꝙ inter omnes æquabile eſt: uidelicet ut omnes pacis rationem habeant: nos ergo hanc pacis rationem habere uolumus: uidelicet ut ſit ciuitas noſtra receptaculum tibi & Pompeio: ubi de pace tractare poſſitis. Sit locus: Scilicet ciuitas noſtra. Exceptus: remotus. Magno: Pompeio. Tibi: o Cæſar. Tutus locus: uidelicet ciuitas noſtra ad quam uos recipientes tuti eſſe poſſitis. Fatum ſi conſulat: ſi fata uoluerunt cõſulere urbi romanæ ab externis gentibus paratus ſit locus tibi & Pompeio pacis auctoribus. Fatum: uolũtas deorum. Vrbi inuictæ: Scilicet Romæ: quæ a nullis externis uinci potuit. Fœdera: pacis inter uos. Sit: Scilicet urbs noſtra. Quo: ad quam. Inermes: depoſitis armis. Vel cum a partibus prudentiæ arguit: quæ ſunt tres: memoria: intelligentia & prouidentia: primo ab intelligẽtia arguit: uidelicet prudẽtis eſt maiora minoribus eſſe anteponenda: ab hac prudẽtia arguit cum bellum hiſpanum ſit maius q̃ oppugnatio Maſſiliæ o Cæſar quid eſt cur non ommiſſa oppugnatione Maſſiliæ debeas ad bellum hiſpanum proficiſci? quia Cæſar in hiſpaniã ire parabat ad Petreiũ & Afranium. Cũ tanta uocẽt: o Cæſar cũ ire feſtines in hiſpaniã quid non relicta Maſſilia ꝓperes in hiſpaniam: quod maioris eſt momẽti? Deflectis: declines. Tãta diſcrimina: tãta bella & certamina. Martis hiberi: hiſpani belli. Nõ pon. qa cõpatione belli hiſpanẽſis: nos nõ ſumus põdera belli. Nec ſumus momẽta reꝝ .i. nullã reꝝ ĩclinationẽ nos patiur. Nũq̃ fœlicibꝫ armis: a ꝑtibꝫ mẽoriæ arguit o Cæſar nũ debes nos ita tibi facere ſocios ĩ bello ciuili: q ſẽp ĩfœlices fuimus ĩ bellis? ergo a ꝑtibꝫ prudẽtiæ .i. mẽoria nã mẽoria ꝓteritoꝝ facit: ut futura ꝓuideamus. Et poſt trãſlatas: poſtq̃ barbari urbẽ noſtrã ĩcẽdio cremarũt: ſẽp aius nr̃ ĩfœlix fuit: & hãc urbẽ poſuimus ĩ ripis Rhodani ſola fide ducti: fideles ſe Cæſari oſtendũt ut ſi parcere uelit. Manus p̃riæ urbis nr̃æ. Tuti: ĩ alieno littore. Poſt arces: poſtq̃ fidẽ e græcia trãſtulimus in Galliã. Exuſtæ: a barbaris Xerſes penetrauit ĩ græciã. Menibꝫ exiguis. ſ. compatiõe urbis phocidos .i. Maſſiliæ.

Adde quod ĩnumeræ concurrũt undiqꝫ gẽtes
Nec ſic horret iners ſcelerꝝ contagia mũdus
Vt gladiis egeant ciuilia bella coactis
Sit mens iſta qdem cunctis ut ueſtra recuſẽt
Fata nec hæ alius committat prælia miles.
Cui non conſpecto languebit dextra parente.
Telaqꝫ diuerſi prohibebunt ſpargere fratres
Finis adeſt rerum: ſi nõ committitis illis
Arma quibus fas ẽ. nobis hæc ſũma præcandi
Terribiles aquilas. infeſtaqꝫ ſigna relinquas
Vrbe ꝓcul. noſtriſque uelis te credere muris.
Excludique ſinas admiſſo cæſare bellum.
Sit locus exceptus ſceleri magnoque tibique
Tutus ut inuictæ fatum ſi conſulat urbi
Fœdera ſi placeant. ſit quo ueniatis inermes
Vel cum tanta uocãt diſcrimina martis hiberi
Quid rapidũ deflectis iter? non pondera reꝝ
Nec momenta ſumus: nũquã felicibꝫ armis
Vſa manus. patriæ primis a ſedibus exul.
Et poſt tranſlatas exuſtæ phocidos arces.

Littore alieno.ſ.in rhodano. Sola fides:nullo bello ſumus illuſtres:ſed fide tātū. Si claudere muros: a difficili arguit:difficile eſt enī o cæſar uīcere eos q parati ſunt extrema quæq; pati. ſunt enī ipſa deſpatiōe fortes:unde Lucanus alibi: Vicit haud grat.iugulo q ꝓuocat hoſtē.hic poſita ē magna pſ d̄liberatiuæ cō ſtitutionis:ſed ſi credis facile nos poſſe oppugnari: hāc ſpē deponas:nos enī extrema mala pati pati ſumus: etiā ſi auertas ūdas puteos in uiſceribꝰ terræ quæremus: & ſi inopia cōmeatuū nos premere tētabis noſtra ipſoꝝ uiſcera.i.carnes laniare parati ſumus: & morte potius affligere nos anteq̄ a fide populi Ro. deficia/mus:ideo nō eſt tā facile oppugnare urbē noſtrā.

Mœnibus exiguis alieno in littore tuti.
Illuſtrat quos ſola fides:ſic claudere muros
Obſidione paras.& ui pꝛfringere portas:
Excepiſſe faces tectis & tela parati.
Vndarum raptos auerſis fontibus hauſtus
Quærere.& effoſſam ſitientes lābere terram
Et deſit ſi larga ceres.tunc horrida cernis
Fœdaq; contingi maculato corpora morſu.
Nec pauet hic populus pro libertate ſubire
Obſeſſū pœno geſſit quod marte ſaguntum
Pectoribus rapti matrū: fruſtraq; trahentes
Vbera ſicca fame medios mittent in ignes.
Vxor & a caro poſcet ſibi fata marito.
Vulnera miſcebunt fratres: bellumq; coacti
Hoc potius ciuile gerent:ſic graia iuuentus
Finierat.cum turbato iam prodita uultu
Ira ducis tandem:teſtata eſt uoce dolorem:
Vana mouet graios noſtri fiducia curſus
Quāuis heſperium mūdi properemus ī axē
Maſſiliam delere uacat. gaudete cohortes
Obuia præbentur fatorum munere bella.
Ventus ut amittit uires: niſi robore denſæ
Occurrant ſyluæ ſpatio diffuſus inani.
Vtq; perit magnus nullis obſtantibus ignis
Sic hoſte mihi deeſſe nocet: dānūq; putamus

Claudere muros :circūuallare mœnia noſtra ne qs egredi poſſit ut eos fame expugnare poſſis. Vi:uiolētia. Excepiſſe:ꝑexcipe. Faces tectis .i. parati ſumus ēt uidere domos nr̄as incēdi & cōburi. Vndaꝝ raptos: parati ſumus ēt ſi fōtes auertis:ne rhodāus ꝑ urbē noſtrā labat effodere terrā:& ī ipſis terræ uiſceribꝰ īuenire aquas. Lābere terrā : nō ſolū aquā:ſed aquā terræ mixtā bibemus. Et deſit:ſi ēt fame oppreſſeris parati ſumus ea facere quæ nefas eſſet dicere:ne dū uidere ſignificāt: nec uiſceribꝰ filioꝝ ꝑcere patos eē. Morſu:ore polluto. Et.ſ. ſumus pati. Si larga ceres : ſi copia frumenti deerit deā frumētoꝝ ꝓ frumēto poſuit: Horrida: res q̄ ſūt horrēdæ. Fœda cōtigi.i.fœda cōtāctu. Cerni ad cernēdū. Nec putat.h. p. nō dubitamus īquit ſuſtinere qđ Sagūtini aliquādo ſuſtinuer̄t q̄ amiſſa libertate ī ptāte tua uenire: ſagūtū aūt cā fuit ſecūdi belli punici:ut dicit Liuius in ſecūdo bello punico: Cū ſocii populi Romāi Sagūtini eſſēt: Hānibal diu eos obſedit tātū : cū ad extremū uſq; ꝑueniſſēt fidē q; ſeruare ꝓmiſiſſet: āteq̄ ī ptāte Hānibalis uenirēt rogū in medio foro ſtruxerūt : quo ſe ſuaq; oīa cara ſupiecerūt &c.ergo & nos Maſſilēſes &c. Hic populus.ſ.Maſſiliēſes. Subire.ſ.extremū. Pœno marte:aphricano bello. Pectoribꝰ rapti: p̄terea auulſos a pectoribꝰ matrū liberos ī medios rogos ꝓiici. Sicca ubera.ſ.lacte: qa fame afflictæ lac habere non poterūt qđ filiis ſuis p̄berēt ī ignes.ſ. accēſos ī foro Fruſtra:unū ſeqt ex reliquo:qa ſicca ubera:ideo fruſtra trahēt illa. Vxor & a caro:p̄terea mulieres nollēt uiuere:īmo uxor poſcet maritū ut ſe interficiat: magnanimæ qdē ſūt fœminæ nr̄æ. Fata: mortē. Miſcebūt:cōfūdēt:qa frēs alios occident. Bellūq; coacti:ſi coacti erimus bella gerere potius ī urbe nr̄a faciemus ut nos ciues īter nos occidamus q̄ te ſequamur o Cæſar. Coacti.ſ. Maſſiliēſes ad hāc neceſſitatē redigēt. Hoc ciuile potius.ſ.q̄ tuū. Sic graia iuuētus: iā dudū dicētibus Maſſiliēſiū legatis uultu ſuo oſtēdit īdignationē Cæſar: quē ſtati ſilētibꝰ illis uerbis oſtēdit. Graia iuuētus.i.maſſiliēſes:q̄ a phocide ciuitate græciæ uenerūt. Finierat:orone. Turbato iā.ſ. āteq̄ loqret. Teſtata ē uoce: declarauit nō ſolū uultu:ſed uoce dolorē: Vana mouet:ꝓ exordio poſuit hūc uerſū. Crediris uos Maſſiliēſes armis ueſtris diſſuadere:ne faciā qđ iā aio ꝓpoſui : in hoc uerſu cōſiſtit ꝓprietas ꝓhemii:beniuolētiā captat a pſona aduerſarioꝝ: ī cōtēptionē adducit graios: dicens q; leues ſūt. Quāuis heſpiū:refellit:qđ dixerāt ſatius eē inferre bellū hiſpanis q̄ oppugnare Maſſiliā:dicit cæſar ſi de duobꝰ altez eligēdū eēt:ueꝝ fateor ſatius fore bellū hiſpanū conficere:omiſſa oppugnatōe Maſſiliæ: ſed ſi utrūq; poſſū efficere:ſatius eē exiſtimo. Vacat.i.uacuū ē nobis:& ſpatiū delere uos. In heſpiū axē:in hiſpaniā q̄ ē in occidēte. Gaudete cohortes:arguit ab utili:dicit enī utile ē oppugnare maſſiliā o cōmilitones ne uires ur̄æ ocio lāgueſcāt:qa excitabūt uires ur̄æ ī oppugnatōe maſſiliæ. Fatoꝝ mu.i.dii ita uoluer̄t & īſtar mūeris diuini hoc eē debet:uidelicet ut oppugnetis hāc urbē. Vētus exornat hūc argumētatonē a ſimili:quēadmodū īqt uētus cū pflat hēre uires nō uidet:qa oīa ſibi patēt:ſed ſi obſtiterit aliqd uehemētior efficit:ſic & uobis ſi patefacta eſſent oīa uires deficerēt:ſed ſi qd obſtiterit exaugebūt uires ur̄æ. Dēſæ ſiluæ:caſus genitiui. Robore:arbores. Cōcurrāt:reſiſtāt. Ināi ſpatio:uacuo qa oīa patēt nihil reſiſtit:ideo uentus ille languidior efficit. Nullis obſtātibus:uidelicet rebus:hoc eſt nullis obicibus. Sic:eo modo.

Armorũ:militũ. Niſi q̃ uinci.p.r.i.niſi uobis aduerſarii ſint & rebelles:q̃ tamẽ a uobis uĩci poſſẽt. Sed ſi ſolus eã:nũc refellit illã ꝑtẽ quã dixerãt Maſſiliẽſes:ꝙ pati eſſent exercitu dimiſſo Cæſarẽ ſuſcipere: Nũc dicit hoc illos nõ q̃ſi gratos:ſed q̃ſi proditores obtuliſſe:ꝙ ipſũ ſine exercitu excipere uelliẽt ut incluſũ illũ perdant. Si ſolus eam.i.ſi ego ſolus ire uoluero:ſine exercitu oĩa mihi patebũt. Degener:ignauus

Dimiſſis armis:ut inermis ingrediar urbẽ. Iã nõ excludere tantũ:quia nõ ſolũ uolunt me excludere: ſed ẽt includere. Incluſiſſe:ꝓ includere. At cũ:dicũt ſe uelle facere hoc ne polluant ſanguine belloꝝ ciuiliũ.

Armorũ:niſi qui uinci potuere rebellant.
Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis
Tunc mihi tecta patẽt:iã nõ excludere tãtũ.
Incluſiſſe uolunt:at enĩ cõtagia belli
Dira fugant.dabitis pœnas pro pace petita:
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius æuo
Quã duce me bellũ:ſic poſtq̃ fatus ad urbẽ
Haud trepidã cõuertit iter:tũc mœnia clauſa.
Conſpicit:& denſa iuuenũ uallata corona
Haud procul a muris tumulus ſurgẽtis ĩ altũ
Telluris:paruũ diffuſo uertice campum
Explicat:hæc patens longo munimine cĩgi.
Viſa duci rupes:tutiſqꝫ aptiſſima caſtris.
Proxima pars urbis:celſã cõſcendit in arcem
Par tumulo mediiſqꝫ ſedent cõuallibꝰ arua
Tunc res immẽſo placuit ſtatura labore
Aggere diuerſos uaſto cõmittere colles.
Sed prius ut totam qua terra cingitur urbem
Clauderet a ſũmis ꝑduxit ad æquora caſtris.
Longũ cæſar opus.fonteſque & pabula cãpi.
Amplexus foſſa denſas tollentia pinnas
Ceſpitibus crudaque extruxit brachia terra
Iam ſatis hoc graiæ memorãdũ cõtigit urbi.
Aeternũque decus:qđ nõ in pulſa nec ipſo.
Stratã metu:tenuit flagrantis in oĩa belli
Præcipitẽ curſum:raptiſque a cæſare cunctis

Pro pace petita:qa utriuſqꝫ cãm pacis eẽ uolebant.i.Cæſari & Pom:qđ quia honeſtũ erat negare nõ poterat cæſar:ſed ĩutile dicit eẽ. At eĩm:quia dicũt ſe nolle pollui ſanguĩe ciuili &c.ſed ꝓ pace bellũ illis dabo:itaqꝫ ꝓbatũ faciã:ut ĩtelligãt nihil mihi tutius eẽ q̃ bellũ me duce. Fugiãt a ſe. Cõtagia dira belli:ꝓ cõtagione diri belli. Dabitis.ſ.mihi. Et nihil:ꝙ illi honeſtũ dicũt:Cæſar illis paꝝ tutum & utile illis eẽ demõſtrat. Tutius diſcetis.ſ.a nobis nihil eẽ melius. Aeuo:ætate mea:dũ ego ſũ uiuus.

Duce me.ſ.Cæſare.i.cuius belli dux fuero ĩ eo bello ſemꝑ uictoria parata erit. Cõuertit:ĩtẽdit iter.

Haud:nõ timẽtẽ.qa uenienti portas clauſas obiecerũt. Vallata:circũdata: quia in mœnia iuuentus aſcẽdit & parata erat pro defenſiõe pr̃iæ pugnare. Haud ꝓcul:nunc dicit qđ fecerit cæſar: poſtq̃ obſtinate uidit Maſſiliẽſes in ꝓpoſito ꝑſiſter̃: ne cũ exercitu urbẽ ingredere͛: circũſpexit diligẽter ſitũ urbis:& tumulũ uidit æqualẽ altitudine muris:& ubi caſtra poni poſſent:& ut ipſũ cõiũgeret qua ꝑte aqua erat urbi:exercitũqꝫ aquaꝝ copia tueri poſſet ſtatuit collẽ illum occupare: & illum foſſa ualloqꝫ circundare. Procul a muris.i.circa muros. Tumulus telluris:qa tumulus nihil aliud eſt niſi terra alta. Vertice: quia in ſummo uertice ẽ planicies. Paruũ cãpũ:ꝑuã planiciẽ pro q̃litate tumuli. Patẽs:apta. Lõgo mu.cin.i.circũdari lõgo uallo. Tutiſſima ca.ſ. ꝙ in colle caſtra poſita ab oĩ hoſtiũ impetu tuta eẽnt. Proxĩa ꝑs urbis.ſ. quæ ex oppoſito erat tumulo & ꝓpinqua ei arcẽ habebat. Par tu.qa altitudĩe mœnia urbis ubi arx fuit:erãt æqualia tumulo. Par:altitudĩe æqualis. Mediiſ cõuallibꝰ:nã ĩter urbẽ:& tumulũ media cõuallis erat plana:cõuallis dr̃ quæ inter duas altitudines media ẽ poſita:Vallis uero dr̃ reſpectu altioris loci. Sedẽt: iacẽt. Mediis.ſ.inter collẽ urbis & tumulũ a cæſare captũ. Tunc res:q̃tũ operis ſuſcipieba͛ ab impatore Ro.qđ ẽt ſuſceptũ ꝑficiebat declarat.Placuit igi͛ cæſari aggerẽ ducere a tumulo:ubi caſtra poſuerat ad aliũ tumulũ ubi poſita erat arx urbis:ut urbs facile expugnari poſſet. Placuit:cæſari. Diuerſos col.i.urbiſ & caſtroꝝ. Cõmittere:cõiungere. Sta.cũ ſtatura. Sed prius:ſed ea ꝑte qua urbs ĩ plano ſita erat uallis:arx ĩ colle erat poſita:ergo anteq̃ aggerẽ cũ arce cõiungeret Cæſar ſtatuit munitiões opponere:ne quis egredi poſſet:& ut aquã excluderet:unde oĩs exercitus aq̃re poſſet. Terra cĩgi͛.i.a plano:colle uero nõ. A ſũmis caſtris.ſ.ab altitudĩe tumuli:ĩ quo caſtra erãt. Prius.i.q̃ collẽ caſtroꝝ & urbis cõiũgeret. Ample. foſſa:qa duo brachia terræ ĩ uertice collis deduxit ut clauderet urbẽ:& aq̃tũ ne ire poſſent milites. Ceſpitibꝰ cruda terra:expoſitio ẽ unũ alterius:ceſpes dr̃ ꝑs terræ cũ uiridi herba auulſa. Extruxit:incumulauit. Tollẽtia:erigentia. Pinnas.i.ꝓpugnacula:qa ſupra aggerẽ ꝓpugnacula ædificauit a qbus milites mœnia urbis propugnarẽt. Ceſpitibus: quia uirides herbæ innatæ erant. Iam ſatis hoc:non potuit non honorificum eſſe Maſſilienſibus:ꝙ potuerint impetum Cæſaris retinere:& hoc ipſo ꝙ Cæſarẽ retinuerint:honorificum & glorioſum ipſis fuit. Iam ſatis etiam ſi nihil aliud feciſſent. Aeternum:uidelicet perpetuum fuit decus. Curſum:belli Cæſaris. Strata metu: inducta metu: quo cæteræ urbes inducebantur. Præcipitem: uelocem. Flagrantis: ardentis in omnia. Cunctis:uiribus.

Vna.ſ.urbs Maſſilia uincit̃ mora. Quãtũ ẽ.i.quãtũ ẽ glorioſũ.q.d.q̃ magnũ & mirũ. Quod fata tenẽt̃.tardant̃.i.fortunã:quæ Cæſarẽ dominũ terrarũ orbis facere uolebat:potuit morari. Perdit di.ſ.i oppugnada maſſilia. Tũc oĩa late:ad ſtruendos aggeres & ad circũuallãdam urbẽ oẽs ſyluæ cedũtur. Ne.procũbunt.ſ.uerſis arboribꝰ Robore.i.arboribꝰ: hoc faciebat ne rueret agger. Ar.ut cõiungat. Le.terra quia cũ primũ terra defodit̃ leuior ẽ:ſed euulſa deinde grauior fit:uel paulo ante effoſſa:ideo uidebat̃ nõ denſa:ſed inſtabilis. Virgulta:q̃ innata erãt terræ ſtructurã nõ ſinebat cõdẽſari:iõ agger uidebat̃ iſtabilis Ligatã:ſtrictã. Cõpage.i.uallo. Lateꝝ:qa extriſecus uallũ faciebat:& ut cõduceret utrũq; uallũ medius ſtrĩgebatur agger. Preſſus ne:q̃obrẽ uult ſtrĩgere terrã:qa turres ſup aggerẽ ædificar̃ uolebat:ut agger nõ rueret:ut circũuallata foſſa & terra cõdẽſata ſtabilior fieret. Lucus erat:nũc deſcribit lucũ q haud ꝓcul ab urbe erat: incerto tamẽ deo cõſecratus:unde cũ lucus dr̃ de religiõe ĩtelligimus. Cin.circũdãs. Obſcurũ aerea cõ.ra.unũ ſequit̃ ex altero qa a nullo cæſus:iõ denſus uidebat̃. Sũmo.ſolibꝰ quia illuc uſq; radii ſolis penetrare nõ poterãt.ideo opacitatẽ reddebat. Hunc:dicit hunc lucũ nõ panes nõ ſyluanos deos ſyluarũ hitaſſe:nõ nymphas quæ nemoribus præeſſe dicũt̃. Panes:dii paſtorũ. Ruri.colẽtes rura. Nymphæ:driades:quæ ſyluas habitãt & amadriades:q̃ cũ quercubꝰ ſimul naſcũtur & pereũt. Sacra.bar ritu.deũ: qa nullus deus erat certus:ſed colebat̃ more deoꝝ: Vnde dixit barbara. Luſtrata purgata. Humanis cruoribus qa ibi humanæ uictimæ immolabãtur. Si qua fidẽ meruit: tã&ſi ignarus eẽt deus:cui lucus iſte cõſecratus eẽt:tamen tanta apud hoĩes reuerẽtia:ĩmo ẽt in honore fuit:ut lucũ hũc ipſi ingredi pauerent. Siqua fidẽ me.i.ſi credi poſſet ꝙ religionẽ admirabãtur:ꝑfecto id quoq; dixerunt uolucres horruiſſe ſyluis illis inſiſtere. Inſiſtere: ſcilicet ramis illius luci. Luſtris.luſtrum multa ſignificat: hic uero pro cubilibus ferarum. Nec uentus:ideſt uentus quoque horret illas ſyluas infringere. Fulgura non audent illas arbores infringere. Nubibus atris:tetigit naturam fulminis: nam phyſicum eſt: nam ſiccus humor & nube circundatus in ſplendoris modum conuertitur cum contrarium ſuum fugit:& fugiendo trahit illum:ita ut cum perſequendo agit̃:erũpit nubẽ & ex atris nubibus ſpledorem emittit. Nõ ullis auris: qa auræ ſunt cã ut arbores frondeſcãt & flores emittant:cũ ꝓp opacitatẽ radii ſolis nõ ingrediant̃. Suus ho.ſua reuerẽtia:ineſt arboribꝰ Tũ plurima:ubi ſũt fõtes quorũ ũda nigerrima ſimilis ẽ umbræ arborũ:& tenebris luci ſimillima eſt. Simulacraq; mœſta.ſunt ẽt ſimulacra deorum: ſed non fabrefacta: ſed tantumodo manibus agreſtũ effecta. Arte carẽt:nõ artificioſe ſed rude effecta. Extãt in forma trũcis.quia in ipſis arboribꝰ inciſæ ſunt formæ deorum. Situs:pro antiquitate ponitur:ſed proprie ſitus ẽ lanugo quedã quæ ex humore innaſcit̃ locis ſole carentibꝰ:ſicut in cellis uinariis apparet & ſyluis. Facit:reddit. Attonitus:ſcilicet hos pallor.unũ ex reliquo ſequit̃ qa robora putrida ſunt:iõ pallent. Nõ ſic metuunt nuĩa .i.ſicut arbores illas:non uſque adeo inquit imagines deorum iamdudum templis dedicatæ plus timoris afferunt q̃ aſpera arborum facies. Vulgatis:celebratis iampridem. Tantum terroribus addit:hoc ipſum magis timent:quia neſciunt quem deum timeant. Tantum:ſcilicet non noſce deos. Addit terroribus: ideſt multos timere facit: quia ignorant quis loco præſit deus. Iam fama fe.iam fama uulgata erat inquitq; auditi ſunt mugitus ex cauernis terræ erũpentes:& taxos arbores:nũc quidẽ cadere:nunc iterum reſurgere.Ferebat:dicebat. Cauernas qa concuſſa terra ex cauernis mugitus quaſi erumpere uidebatur.

Vincitur una mora quãtũ ẽ qđ fata tenẽtur
Quodq; uirũ toti:properãs imponere mũdo
Hos perdit fortuna dies:tũc omnia late
Procũbunt nemora:& ſpoliant̃ robore ſyluæ.
Vt cũ terra leuis mediam uirgultaq; molem
Suſpendant:ſtructa laterũ compage ligatam
Arctet humũ preſſus ne cedat turribꝰ agger
Lucus erat longo nunq̃ uiolatus ab æuo
Obſcurũ cingens connexis aera ramis.
Et gelidas altæ ſummotis ſolibus umbras
Hunc non ruricolæ panes:nemorũq; potẽtes
Siluani nymphæq; tenent:ſed barbara ritu
Sacra deum ſtructæ diris altaribus aræ:
Omniſq; humanis luſtrata cruoribus arbos
Siqua fidem meruit ſuperos mirata uetuſtas
Illis & uolucres metuunt inſiſtere ramis:
Et luſtris recubare feræ:nec uentus in illas
Incubuit ſyluas:excuſſaq; nubibus atris
Fulgura non ullis frondẽ præbentibus auris.
Arboribꝰ ſuus honor ineſt:tũc pluria nigris
Fõtibꝰ unda cadit:ſimulacraq; mœſta deorũ
Arte carent cæſiſq; extant informia truncis.
Ipſe ſitus:putridæq; facit iam robore pallor
Attonitos:non uulgatis ſacra figuris
Numina ſic metuunt:tantũ terroribus addit
Quos timeãt nõ noſce deos:iã fama ferebat
Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas.
Et procumbentes iterũ conſurgere taxos.

Taxos ꝓcūbentes:quia cadebāt deīde reſurgebāt. Et.ſ.fama erat ardere ſyluā:neq̧ tamen comburi: q̧ ignis deorū facit ut ardere aliquid uideat̃:nec tamē cōburitur:ſicut Virgilius dicit de tullo in cuius uerticē ignis erat:tamē de hiſtoria ſumptū ē:q̧.ſ.in domo Tarquinii priſci puer Seruius tullus d̄ ſerua natus erat: qui nutriebat̃ in domo regia:ī cuius capitis uertice ſtatī flāma ſupuenit:ut crines eius ardere uiderētur:tamē inoxia illa flāma fuit puero tullo. Nō ardentis:ut ardere uideret̃ nec cōbureretur. Roboraque: fama ferebat dracōes eē qui cōplecterētur arbores:deīde ſubito cōfluere. Nō illū:nō audēt hoīes uenerari adeo illos:qa nō audēt cominus acceder̃: ſed ꝓcul abſiſtūt. Deis:quia totū illū muneribꝫ reliquūt.

Et non ardentis fulgure incendia ſyluæ
Roboraq̧ amplexos circūfluxiſſe dracones.
Non illum cultu populi propiore frequētant:
Sed ceſſere deis:medio cū phœbus in axe eſt
Aut cœlū nox atra tenet pauet ipſe ſacerdos
Acceſſus dominūque timet deprēdere luci.
Hanc iubet immiſſo ſyluā ꝓcumbere ferro.
Nam uicina operi:belloque intacta priore
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes
Sed fortes tremuere manus motiq̧ uerenda
Maieſtate loci.ſi robora ſacra ferirent
In ſua credebant redituras mēbra ſecures.
Implicitas magno cæſar terrore cohortes
Vt uidit primus raptā uibrare bipennem
Auſus.& æthercam ferro ꝓſcindere quærcū
Et fatur merſo uiolata in robore ferro:
Iam ne quis ueſtrū dubitet ſubuertere ſyluā
Credite me feciſſe nefas:tūc paruit omnis
Imperiis:non ſublata ſecura pauore
Turba ſed expenſa ſuperorū & cæſaris ira
Procūbunt orni nodoſa impellitur ilex
Syluaq̧ dodones & fluctibus aptior alnus:
Et non plebeos luctus teſtata cupreſſus.
Tunc primū poſuere comas & frōde carētes
Admiſere diem propulſatq̧ robore denſo

Pauet ipē ſacerdos:īmo ipſe ſacerdos:cuius curæ lucus ille demādatus erat:nō audebat ꝓpius accedere. Cū phœbus in axē:nec medio die nec media nocte audet ire. Medio axe.i.meridie. Laruas .i.imagies & ſpēs ſpūs & eaꝝ umbræ ī terras ueniētes hōibus plerūq̧ nocere:ita & media nocte:dicūt umbras errar̃.i.manes:iō dicit ſacerdotē timer̃:cui demādata erat luci cura in ipō meridie. Aut cælū axe medio. Ea rō ē qa dicunt Aſtrologi & p̄cipue Romāi ita tenent a media nocte diē incipere:& in mediū diē finiri: rurſus a medio die uſq̧ ad mediā noctē tenere noctē. Do.luci.i.ipſū deū in cuius tutela lucus erat. Timet:quia dubitat ne ipſi deo occurreret. Hāc iubet:cā cur luci huius religionē tā late deſcripſerit poeta:hæc ē ut oſtēdat in cæſare cōtēptū deoꝝ:unde in ptes Pom.Lucanus ſe īclinare uidet̃:nūc dicit tā&ſi oēs gentes hūc lucū:utpote religiōe ductæ uenerarētur:& ipſi milites Cæ. horrerēt:tamē Cæſar d̄tracta e manibꝫ militū ſecuri prius arbores illas īcidere cœpit:ut exēplo eius milites moti idē facerēt:qd̄ ēt fecerūt. Nāq̧ uicina opi: q̄obrē iubet hāc ſyluā ꝓcūbere: qa accomodata erat munitiōi:quā circa urbē facere pabat. Inter nuda. alii quidē mōtes nudati erāt ſyluis & arboribꝫ: ſed ſola ſylua intacta erat & inuiolata. Bello prio. qa prioribus bellis ītacta fuerat. Nudatos:ſpoliatos arboribus. Sed fortes tre.manus militibꝫ quidē iuſſit incidere ſyluam Cæſar:ſed tamen militū manus q̄ fortiū non ſunt auſæ euertere ſyluam. Tremuere .ſ.incidere arbores. Motiq̧ uerenda.m.l. metuebāt ne ſi incidere cepiſſent arbores ab arboribus in ſua ipſorū corpa reſilirent ſecures. Implicitas magno:Cæſar de manibus militis rapuit ſecurim unā quāq̧ ex arboribꝫ illis procerā quercū incidere cepit:& cum immiſiſſet in arborē bipennes inquit timeat:ne quis ueſtrum cōtra religionem facere: hāc mihi culpam attribuite qui prius hoc nefas ſine terrore commiſerim. Cæſar effatur.ſ. hæc uerba o cōmilitones. Implicitas: īpeditas cohortes. Terrore:ne auderent īcidere arbores. Raptam:ablatā. Vibrare:mittere proſcindere. Aetthereā procerā. Miſſo:fixo.ſ.in lignum quærcus illius. Feciſſe nefas.i.culpam mihi tribuite. Nō ſublato pauore:quāuis uidiſſent milites Cæſarem bipenne incidere arborem illam:nondum tamen erant ſine metu. Non ſecura:nō ſine cura. Sed expenſa.i.librata ira deorum & Cæſaris quia hinc Cæſaris:inde deorum metuebant iram:ideo incerti erant quid facerent:tamē non ſine metu inciderunt ſyluam. Syluaq̧ dodones : ideſt quærcus.dodona dodonæ lati.dodone nes grece ſylua chaoniæ,fuit in epyro:quæ abundat quercubus:in cuius ramis columbæ inſidentes reſponſa dabant:ideo per excellentiā dixit:ſyluaque dodones. Aptior alnus.nam ex alno arbore fiunt tabulæ quibus naues ædificant̃. Cupræſſus luctus: quia cupreſſi arboris rami ſolebant apponi poſtibus ædium principum:in quibus aliquod funus erat:unde cupreſſus poſtibus affixa ſignum erat domum illam funeſtam eſſe:ideo affigebatur quia ſemel cæſa non repullulat:quemadmodū ſemel mortuus non reuiuiſcit. Cup̄ſſus.ſ.euellit̃ uel impellit̃. Luctus nō plebe.i.principū. Tunc primū:quia nūquā antea cæſa fuerant. Poſuere.pro depoſuere. Comas.i.folia. Admiſere diem.i.accepere lucē:cum antea den

ſitate arboꝝ lux eo penetrare nequiuerat. Propulſatq; robore denſo.ſ.quia arbores cadebāt aliæ ī alias: iō arbor arborē ſuſtinebat. Gemuere uidētes.nūc ꝓſeqtur:dicēs cū id galli uidiſſēt gemitū dedere: neq; .n. ſine dolore id intueri poterāt:ut quā ſyluam uenerati fuerāt:eam nūc euerti uiderēt oppidani Maſſilienſes:qui pro mœnibꝰ ſteterāt ut urbē ab oppugnatiōe hoſtiū defenderēt gauiſi ſunt:neque.n.dubitabāt futurū:quin deoꝝ numē læſum ſupplicia de hoſtibus ſumeret:ſed aliter inquit euenit atq; illi putauerūt nā nō oībus numina iraſcūtur:ſed miſeris tātum. Videntes.ſ.lucū illū & arbores illius ſyluæ religione patrū iamdudū ſeruatæ:euerti. Gemuere:gemitū dederunt. Exultat.læticiā agit & ſubdit cauſam cur lætabantur Maſſilienſes qa putabant a diis ſupplicia hoſtes exacturos. Seruat multos: ſed fefellerunt opinionē eoꝝ Ro.quia nō ſemp nocētes puniunt:ſed plerūq; ſeruāt. Tātū:tātūmodo. Miſeris:iā non miſer erat cæſar: ſed fœlix iō nullā deoꝝ irā ſentire potuit. Vtq; ſatis:poſtq̄ ſatis arborum uiſū ē inciſū:tamē ex oī agro plauſtra aduecta ſunt: quibꝰ arbores ueherent̄:& agricolæ doluerūt:ꝙ raptis iuuēcis ab aratro agros colere non poterāt. Ordo ē illi Cæſariani milites ferūt plauſtra quæſita ꝑ agros. Ferunt ipſas arbores. Vt:pro poſtq̄ uiſū eſt arbores eſſe cæſas:quæ ſufficerēt ad opus cōficiendum. Per agros ex oī agro. Fleuere annū agri qa ſolū ceſſabat.i.ſteriles erant agri: qa arari ſolū nequerat raptis iuuēcis. Soli.i.agri.ceſſanti ab aratro. Dux tamē.cæſar q̄uis occupatus eēt in obſidēda urbe maſſilienſiū:tamē poſtponer̄ uoluit bellū hiſpanū:qa obſidionē illā diuturni tpis fututā uidebat: iō demādauit militibꝰ ſuis oppugnationē urbis: & ipſe ī hiſpaniā ꝓfectus ē. Tamē q̄uis adeo ꝑſeuerāter Cæ. īſiſteret in ꝓpoſito oppugnādæ urbis. Martis hiberi.i.morā tracturi:qa uidebat obſidionē illā diuturni tpis futuram. Ad mœ.q̄ tā obſtinate defenderēt ab hoſtibꝰ. Extremaq; mū.i.ad extremitates mūdi:& declarat ꝙ dixit arces hiſpanas ē.n.epexegeſis. Extre.qa in occaſu poſita ē hiſpania. Iuſſit bella geri.ſ.de oppugnatiōe oppidi maſſiliæ ducibꝰ ſuis.ſ.ut terreſtre bellū gereret Trebo.Maritimum uero Decius Bru. Iuſſit.ſ.ducibꝰ ſuis.ſ.Trebonio & Decio ipſe uero Cæ. ꝓfectus ē in hiſpaniā. Stel.hi duces Trebo.& Decius. ſtatī executi ſūt iuſſa ducis: primū qdē īquit erigit̄ agger ī cœlū qūo ſignificat altitudinē aggeris ꝑ hypbolē:q ad cœlū uſq; erectus fuiſſet. Erigit̄.i.in altū tollit̄. Stel.axibꝰ:uſq; in cœlū:nā axis polus arcticus appellat̄. Accipit:agger quidē altiſſimus:& ſup aggerē duæ turres ſurgebāt:& erectæ ſunt. Aequātes mœ.i.quæ tantæ altitudinis erāt q̄tæ mœnia urbis:iō id fecerūt duces cæſariani:ut ex his turribꝰ tela in oppidanos īmittere poſſēt. Hæ.ſ.turres. Fixerūt terrā.n.r.i.humi nō ſūt fundatæ:ſed ſubiectis rotis quocūq; uellēt impelli facile poterāt. Repſere:ꝓ runt:quia nō ſunt fūdatæ terræ. Sed pıter lōgū.i.ī lōgitudinē ī lōgū ſpaciū & tractū uectæ ſūt ignorātibꝰ oppidanis cām. Cā latenti.i.occulta oppidanis. Repſere.ſ.tres oppidani:cū uiderēt turres moueri crediderūt terremotū eſſe. Iuuentus.ſ.Maſſilienſis:quæ corona circundederat mœnia:& parata erāt ad propugnationē patriæ credidit erūpere uentū. Onus.ſ.molis illius.ſ.turriū. Nutaret:cōcuteret̄.

Telluris inanes.c.s.cām oſtēdit terræmotus:nā phiſicū ē:phiſici qui latētes rerū cauſas inueſtigāt:dixerūt hāc cām eſſe terræmotus:ut quū uentus per cauernas īgreſſus fuerit uiſcera terræ:& cum exire uoluerit nō repto itinere:per qđ ingreſſus fuerat terrā īpulſu ſuo erūpit:& ita terremotū efficit. Erumpere.ſ.e terra. Inanes ſinus.i.gremiū uacuū terræ. Mirata muros ſtare:mirabātur ergo ꝙ mouerēt̄ turres:& ſua mœnia firma ſtarēt. Illinc tela:dicit ad quē effectū ædificata fuerīt tela.ſ.miſſa a Ro.ī arcē Maſſilienſiū: ſed maiore īpetu a maſſilienſibꝰ tela in Ro.torquebant̄:qa nō mœnibꝰ tantū:ſed etiam machinamentis ſaxa torquebant. Ferro: ideſt ferratis telis. Vis:impetus. Tenſo turbine:ideſt impetu ſumptum a uento impetuoſo:nam quibudā machinis tanto impetu tela mittuntur:ut cū corpora militū ꝑtrāſiſſent ſpaciū aliqđ ꝓcederēt. Rapta.i.raptī acta. Baliſtæ tēdunt̄ rotis:& ualide iuuenes rotas illas torquēt donec erectæ fuerint:ſuper imponuntur terræ rotæ:quæ ualidis manibus reuolutæ: deinde remittuntur.

Suſtinuit ſe ſylua cadens:gemuere uidentes
Galloꝝ populi:muris:ſed clauſa iuuentus
Exultat quis enim læſos impune putaret
Eſſe deos.ſeruat multos fortuna nocentes
Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt.
Vtq; ſatis cæſi nemoris:quæſita per agros
Plauſtra ferunt:curuoque ſoli ceſſantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis
Dux tamē impatiens heſuri ad mœnia martis
Verſus ad hiſpanas acies extremaq; mundi
Iuſſit bella geri. ſtellatis axibus agger
Erigitur:geminaſq; æquantes mœnia turres
Accipit hæ nullo fixerunt robore terram.
Sed pariter longum cauſa repſere latenti
Cum tantum nutaret onus telluris inanes
Concuſſiſſe ſinus.querentē erumpere uētum
Creditur.& muros mirata eſt ſtare iuuentus
Illinc tela cadunt excelſas urbis in arces.
Sed maior graio romana in corpora ferro
Vis inerat.nec enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea,ſed tenſo baliſtæ turbine rapta

Haud cōtēta latus.ſ.lancea:quia cū̃ unius militis latus tranſiuit nō cadit:ſed duoꝝ uel triū̃ militū̃ latera tranſit:tamen etiam ſpacium aliquod quo ulterius progreditur. Relicta morte:ideſt relictis duobus uel tribus militibus mortuis. Per arma:ideſt per armata corpora. Supereſt curſus:ideſt poſtq̃ uulnerauit hoſtes:progreditur adhuc telum. At ſaxum:torta quidem lancea magnam faciebat ſtragē in exercitu cæſaris:ſed ſaxa quæ mittebantur nō minorem cladem faciebāt. Excutitur:emittitur. Ictu:uerberis.ſ.baliſtæ. Adiuta uetuſtas:quod ſaxum prænimia uetuſtate abſciſſū̃ uentus impulerat de uertice montis:nam uetuſtas nimia corroſit ſaxum illud.

Haud unū̃ contenta littus tranſire quieſcit
Sed pandens perq; arma uiā̃:perq; oſſa relicta
Morte fugit.ſup eſt telo poſt uulnera curſus.
Ac ſaxū̃ quotiens ingenti uerberis ictu
Excutit̃. qualis rupes quam a uertice montis
Abſcidit impulſu uentorū̃ adiuta uetuſtas
Frangit cū̃cta ruens:nec tantū̃ corpora preſſa
Exanimat.totos cū̃ ſanguine diſſipat artus
Vt tamē̃ hoſtiles denſa teſtudine muros
Tecta ſubit uirtus:armiſque innexa priores
Arma ferū̃t:galeāque extēſus ꝓtegit umbo
Quæ prius ex longo nocuerū̃t miſſa receſſu
Iam poſt terga cadū̃t:nec grais flectere iactū̃
Haud facilis labor eſt:lōgiqua ad tela parati
Tormenti mutare modū̃.ſed pondere ſolo
Contenti nudis euoluunt ſaxa lacertis.
Dū̃ fuit armorū̃ ſeries ut grandine tecta
Innocua percuſſa ſonant ſic omnia tela
Reſpuit.at poſtq̃ uirtus incenſa uirorū̃
Perpetuam cratem defeſſo milite rupit:
Singula continuis ceſſerū̃t ictibꝫ arma.
Tū̃c adoperta leui procedit uinea terra
Sub cuius pluteis & tecta fronte latentes

Cuncta:ſcilicet obſtantia & occurrentia. Nec tā̃tū̃:nec ſatis eſt ſaxū̃ corpora oppreſſiſſe: niſi ēt oſſa ſimul cum ſanguine diſſipet & diſcutiat. Nec tā̃tū̃ exanimat.i.corpora oppreſſa interficit. Vt tamē̃ hoſtiles: nū̃c dicit quod remediū̃ adhibuerunt Romani aduerſus turbinē̃ tormentoꝝ quæ mittebant̃ ab hoſtibus:dicit illos feciſſe teſtudinē̃:eſt ā̃t teſtudo ſcuta cū̃ ſcutis innexa: quæ capitibus ſuper imponū̃tur:ad ſimilitudinē̃ animalis: qua animal teſtudo tectū̃ ē:his tegebantur milites ut mœnibus innocui ſuccederent:deinde cum ſucceſſiſſent tela nocere non poterā̃t:niſi eminus miſſa fuerint ſuccedentibus igitur Romanis ad mœnia Maſſilienſes tela longius mittebant:& milites cæſarianos ꝑtingere non poterant. Tamen:q̃uis tā̃ta ſtrages fieret in exercitu Cæſariano. Virtus tecta.ſ. teſtudīe. Teſtudine ſcutorum. Armiſq; innexa. teſtudinis diffinitio:quid eſt teſtudo nihil aliud q̃ ſcuta ſcutis innexa. Arma dicunt̃ q; armos tegant. Vbi: pro poſtq̃. Vmbo extenſus:declarat quid dixit arma innexa armis:ne alia arma intelligamus q̃ ſcutum. Vmbo:ē ſcuti umbilicus.i.tumor. Quæ prius ex longo:quia niſi ſpacium interpoſitum fuerit inter tela quæ torquebantur:ad quod tela perueniunt: nihil nocere poterunt: ergo iam poſt terga cadunt

Nec grais quia occurrebat illud:quod non flectebant tela maſſilienſes in ipſos Romanos qui ſucceſſerant mœnibus:dicit non poterant: quia tormenta tā̃ grauia ſunt:ubi ſemel poſita ſunt ut non facile poſſint torqueri:nec iaci:ordo eſt haud facilis labor eſt mutare modum tormenti parati ad bella lōginqua:nec is facilis labor eſt grais .i. Maſſilienſibꝫ flectere iactum. Haud facilis labor:quia fundantur mœnibus tormenta. Miſſa.ſ.in Romanos. Parati tor.paratum quidem erat tormentum lōgius tela mittere:non autem uulnerare paratum erat.Sed pon.poſtq̃ maſſilienſes tormentis non ualuerunt cōuoluere tela mœnibus ſaxa euoluere ceperunt in Romanos. Contenti: ſcilicet Maſſilienſes. Solo pondere:quia adeo ponderoſa illa ſaxa erant:ut ſine impulſu tormentorum ingentem ſtragem facere poſſent

Dum fuit armorum ſeries: &c. Nunc dicit dum ſcutorum connexio ſtetit:tela omnia innocua diſceſſerunt:non aliter q̃ grando tecta percutere ſolet. Armorum ſeries: ideſt teſtudo illa & cōnexio ſcutorū̃ Vt ſicut. Innocua grandine: ideſt non nocenti : quia grando tecta percutit ſed percuſſis tectis nihil nocet. At poſtq̃:ſed ubi ciues Maſſilienſes qui mœnia defendebant grauitate ſaxorum & generis omnium telis teſtudinem ſoluerunt:tunc uulnerare ceperunt:quia antea tecti fuerunt. Defeſſo milite: quia ſub armis illis & ſcutis tecti ſtantes milite defeſſi ſunt:ut diutius ſuſtinere non poſſent : cum tela grauius mitterentur: Perpetuam : ideſt continuam. Cratem : appellauit teſtudinem. Singula: ſeparata. & diſſoluta abiiciebantur:cum antea coniuncta tela contendebant. Ictibus:oppidanorum tunc adoperta:diſcuſſa crate. Succeſſit uinea: eſt autem uinea dicta a ſimilitudine uineæ : quæ ab agricolis ab una parte tenditur:& ſub hac uinea tecti milites ad mœnia proceſſerunt:& poſito ariete mœnia concutere tentant. Terra leui : non ualde craſſa. Procedit ad mœnia. Pluteis: pluteus proprie dicitur crates uelo corio tecta:plutei etiam dicuntur tabulæ:quibus aliquid ſeruatur:ſed proprie ſunt crates uelo corio tectæ ſub quibꝫ latētes milites opus faciebā̃t. Cuius uineæ quæ tecta erat cratibꝫ. Frōte:prima parte.

Moliri:pro demoliri.i.deſtruere fundamēta muri. Nūc aries:deſcribit āries quomodo machinis ſuſpendebatur:aries tigillum grauiſſimi ponderis eſt:in cuius extremitate erat caput arietis:& dictus ē aries a ſimilitudine animalis impetum facientis:qui huius eſt naturæ:ꝙ ſi quis minatur ei & manum obiecerit:ut illum incurrat ita &c. Fortior ictu.ſ.armis dolore. Suſpenſo:quia ſuſpēditur machinis & funibus. Incuſſus:a militibus. Soluere:pro diſſoluere. Compagem:iuncturam. Vnū ſubducere.ideſt ſaxo quod erat in fundo remoto poſtea ſtrauere cætera. Sed ſuper:ſed ipſis oppidanis: qui tela grauiſſima mittebant omne tegmē ceſſit:& diſſoluta ē uinea:ſicut & teſtudo:unde milites nudati tegmine in caſtra redire coacti ſunt. Super.i.deſup. Flāmis:quia flammas coniiciebant in uineā. Molis:ſaxi. Sudibus:Virgilius.Sudibus ue præuſtis. Cædunt clypeo exhauſto: expenſo labore fruſtra. Repetit:ideſt ſe recepit in caſtra. Summa uoti fuit:qa antea optabant & tātūmodo pro uoto habebant ut mœnibus ſe totos continerent : nūc audēt in hoſtem prorumpere. Nocturni.ſ. ipſi tēpore noctis. Armis coruſcis.i.ſplendentibus ſcutis:qđ eſt noctis homini attribuitur. Faces texere: nam faces ſub armis geſtabant quibus facibus oīa opera Romanorum incenderunt: Erumpit.ſ.e mœnibus. Nō haſta non tela conſueta Maſſilienſes geſtabant ſed flammas. Nō arcus: ſed telum flamma fuit. Incendia:tædas: quia igne in munitiōes Cæſaris iacto uētus ſpirare ceperat:cuius flāma incenſa ſunt fere omnia. Munimina.i. per romanā munitionem. Nec q̄uis:& tanta uis tædarum fuit:ut q̄uis uiridis materia eſſet:tamē igne ſtatī correpta fuit:ignis nō tardas uires agit: qui nō tarde cōburit. Luctetur contendit. Robore:ligno uiridi ponte ante cæſo. Tæda: quā ſub armis geſtauerant Maſſilienſes. Munimina:ideſt munitiōes cæſaris. Nigri fumi:quia uiridis materia: iō fumus exhalabat. Flexerunt:labefactæ ſunt. Putri.i.ſolubili Procubuit:agger uſtus cecidit: & maior apparuit q̄ ante cum erectus erat. Spes uictis:poſtq̄ uicti ſunt milites cæſariani oppugnatiōe terreſtri: ſpem omnē depoſuerunt poſſe mœnia oppugnare Spes telluris.i.ſpes pugnæ terreſtris: Placuitque: quādo terreſtris pugna nō proceſſerat ſtatuerūt tētare pugnā naualē. Nō robore pacto:dicit nō fuiſſe naues fabrefactas:ideſt artificioſe fabricatas:ꝑ tempore celeriter ſtruxerunt naues:ut robora ſicut cæſa erant nauibꝰ intexerūt. Vt tutela fulgens:qa non erat pictus in puppe nauis deus in cuius tutela eſſet:ut piſtrix:neptunus:cētaurus: quoqꝫ tutela illa nauis eſſet:nam ut teſtatur Virgilius naues denominabāt a tutela dei:qui ī illis pictus erat:ut paruo diſcrimine pictus centaurus. Picto:ſicut fieri ſolet. Et quare declarat rudis quia dicitur rudis arbor antequam elaboretur. Ergo rudis non elaborata. Conſeritur:paginatur ad naues appo.area quia non uidebatur nauis pondere ſuo moueri:ſed fixa planiciem oſtendebat:in qua milites tanquam in area ſtantes oppugnarent. Etiam turrigeram: Iam inquit prætoria nauis bruti præceſſerat. nam Brutus claſſis præfectus erat:Trebonius dux erat pedeſtris exercitus. Turrigeram:ideſt excelſā:ſignificauit illius prætoriam nauem. Fluctus.r.quia rhodanus fluuius eſt galliæ qui iuxta maſſyliam urbem decurrit:& mari thyrreno miſcetur. Stœchades: ſtœchades inſulæ tres ſunt digna quidem una ſatis amplitudine: ſed duæ præexiguæ:eas exercent Maſſilienſes ope ruſtico.inſulæ ſūt ſic dictæ ꝙ in ordinem ſunt poſitæ nam ſtichim græce per ordinem incedere ſignificat. Necnon:ſicuti ſumma ui claſſem reparauerant Romani: itidem Maſſilienſes effecerant qui non ſolum iuuenes: ſed ſenes & impuberes armarunt.

Moliri nūc ima parant:& uertere ferro
Mœnia nunc aries ſuſpenſo fortior ictu
Incuſſus denſi compagem ſoluere muri
Tentat:& impoſitis unū ſubducere ſaxis.
Sed ſup & flammis & magnæ fragmie molis
Et ſudibus crebris & aduſti roboris ictu
Percuſſæ cedunt crates fruſtraqꝫ labore
Exhauſto feſſus repetit tentoria miles
Summa fuit grais ſtarent ut mœnia uoti.
Vltro acies inferre parant armiſque coruſcis
Nocturni texere faces:audaxque iuuentus
Erumpit:non haſta uiris non letifer arcus
Telum flāma fuit.rapiēſque incendia uentus
Per romana tulit celeri munimina curſu.
Nec quāuis uiridi luctetur robore lentas
Ignis agit uires:tæda ſed raptus ab omni
Conſequitur nigri ſpacioſa uolumina fumi.
Nec ſolum ſyluas:ſed ſaxa ingentia ſoluit.
Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes
Procubuit maiorque iacēs apparuit agger
Spes uictis telluris abit:placuitque profundo
Fortunā tentare mari non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas:
Sed rudis & qualis procūbit mōtibus arbor
Conſeritur ſtabilis naualibus area bellis.
Et iā turrigerā bruti comitata carinam
Venerat in fluctus rhodani de gurgite claſſis
Stechados arua tenēs necnō & graia iuuētus
Omne ſuū fatis uoluit comittere robur.

Grādæuos:magnæ ætatis. Ephœbis:impuberibus.nō ſolū claſſis quæ ī undis erāt uiros accepit:ſed ēt quæſitæ ſunt naues uetuſtæ & prioribꝰ bellis cōquaſſatæ & illas admiſerūt. Emeritas alnos: naues nimia uetuſtate dimiſſas.Trāſlatio a militibꝰ ſenioribus qui emeriti dicuntur:qui debita ſtipendia pegerūt. Naualibꝰ.i.de. Vt matutinos.hic poeta deſcribit:quō naues utrīq͂ inſtructæ fuerīt:& altera in alterā uehi cæpit:ex quo tūc clamor undiq͂ ſublatus eſt cū magno impetu cōcurrere cæperunt. Vt.i.poſtq͂. Phœbus ſpargens radios.poſtq͂ inq̄t oriēte ſole luxit.Matutinos:ideſt qui mane diē emittūt. Fregit radios qa radii percutientes undā frangunt. Liber aether.i. ſerenus erat. Poſito:pro depoſito borea:ſpēs pro genere. Auſtris tenentibus pacem:d̄clarat qa neq͂ a ſeptētrione:neq͂ a meridie uenti flabant. Seruatum bello.ut uideri poſſet ad id pacatū mare:ut inter ſe concluderent claſſes. Ab oī ſtatione:ſcilicet Romani a ſua Maſſilieſes a ſua:portus ubi ſemper naues tutæ permanēt.Statio uero locus eſt ubi naues ad tempus tempeſtate ſe recipiunt. Hinc:uidelicet a parte romana. Puppes Cæſaris.ſ. tolluntur:ideſt mouentur. Hinc:a parte Maſſilienſium. Paribus lacertis:quia eodem tēpore mouenť remiges cū naues impellunt: Paribus:ideſt pariter motis. Graio:græco:nam a ciuitate phocide græci phocenſes uenerunt:& in galliam tranſalpinam Maſſiliam condiderūt. Tonſis remis:tōſi remi dicuntur a tondēdo mari eo q͂ mare tōdeant. Tremuere:deſcribit motū nauis:quæ q̄ſi tremere uidetur:cū impellitur a remis. Crebra uerbera:ſcilicet remorum. Conuellunt:e portu cōmouent. Cornua:nunc dicit quō claſſē ſuam Romani inſtruxerunt.dicit.n.ualidiſſimis arboribus militū Romanorum firmata eſſe cornua aciei:ſiue terreſtris: ſiue maritīa pugna eēt: ſtruebāt enī acies in modum cornu ad ſimilitudinē lunæ nōdū plenæ. Rates cīxere:ab utroq͂. Cornua ro.claſſis.ſ.in medio poſita. Triremes:q̄ tres ordines remoꝶ hēnt. Quaſq͂ q̄ter.i.q̄triremes. Extructi remigis:ī ordine poſiti. Et plures pinus: ēt qnqueremes. Cīxere: circundedere:q̄obrē quia robur ē oppoſitū. Aperto:patēti. Oppoſitū.ſ.utrūq͂ cornibꝰ ut exciperet impetū hoſtilē:ſi qs alicūde īpetus fieret. Liburnæ:ſed in medio īmodū cornu liburnæ ualidæ naues poſitæ erant:iō dicit. Lunata claſſe:qa ī modū lunæ ſemiplenæ erāt. Recedūt.i.medio aciei ſinū faciūt:ſi.n. claſſis recta ſtetiſſet:cornua nō fuiſſent aciei:ſed cū dicat in utroq͂ cornu multas naues circūdatas fuiſſe a triremibꝰ:dicit in medio fuiſſe liburnas:Liburnæ āt ſunt naues a liburnis populis: q adiācēt adriatico mari.Vnū ergo ſequiť ex reliquo:quia retro cedūt:iō claſſē faciunt ī lunæ modū. Geminato ordīe:qa biremes erāt. Prætoria puppis:ſexiremis erat:unde gubernaculū ī terra uel in puppe prætoriū dicebatur: unde magiſtratus ille poterat imponere noīa tabernaculo:unde impatores qui reliquos dignitate antecedebāt p̄tores appellabanť q̄ſi p̄itores q͂ præirent. Puppis.in q̄ claſſis Bruti erat. Agiť:īpelliť. Verberibus ſenis.i.cū ſex ordinibꝰ remoꝶ. Molē:magnitudinē nauis. Sūmis remis.i.altis:qa ultimi remi & altiores ſūt & lōgiores. Vt tātū:nūc dicit quō cōcurrerint:nā utrinq͂ claſſis appropīquauit ſūmo impetu remoto:ut altera alterā collidere poſſet:Nūc clamor inq̄t emiſſus ē ingens utrinq͂:ut ēt ſuo clamore ſtrepitū remorū ac maris occuparēt. Tātū medii maris.i.tātū ſpaciū fuit ī medio utriuſq͂ claſſis. Quod:ſpaciū Semel uno īpetu remoꝶ. Premitur:occultať. Nec ullæ tubæ:non modo ſtrepitus remorū: ſed nec tubarū audiri poterat. Tunc cærula:tunc uero exorto clamore quāto maximo potuerunt: utrinq͂ naues īpulerint:ut roſtra roſtris colliderenť. Verrūt: trahunt. Cærula.ſ.maria:nā ceruleus color maris ē a græco dictum cæratos latine cornu ſignificat: quia cornu colorē habet mare. Atque in trāſtra cadūt. ſignificat tanto impetu cōcurriſſe:ut cum remos traherent:ſimul pectora pulſaret & ī tranſtra caderent.

Grādæuoſque ſenes mixtis armauit ephœbiſ
Accepit non ſola uiros quæ ſtabat in undis
Claſſis:& emeritas repetunt naualibus alnos
Vt matutinos ſpargēs ſup æquora phœbus
Fregit aquis radios:& liber nubibus æther
Et poſito borea paceque tenētibus auſtris
Seruatum bello iacuit mare:mouit ab omni
Quiſq͂s ſuā ſtatione ratē:paribuſq͂ lacertis
Cæſaris hinc puppes hic graio remige claſſis
Tollitur:impulſæ tonſis tremuere carinæ.
Crebraq͂ ſublimes cōuellūt uerbera puppes
Cornua romanæ claſſis ualidæq͂ triremes
Quaſq͂ quater ſurgēs extructi remigis ordo
Cōmouet:et plures q̄ mergūt æquora pinus
Multiplices cinxere rates:hoc robur aperto
Oppoſitū pelago:lunata claſſe recedunt
Ordine contentæ gemino creuiſſe liburnæ
Celſior at cunctis bruti pretoria puppis
Verberibus ſenis agitur: moleq͂ profundo
Inuehit:et ſummis longe petit æquora remis.
Vt tantū medii fuerat maris utraq͂ claſſis
Quod ſemel excuſſis poſſet trāſcurrere tōſis
Innumeræ uaſto miſcenť ī æthere uoces
Remoꝶq͂ ſonus premitur clamore:nec ullæ
Audiri potuere tubæ:tunc cærula uerrunt
Atq͂ inſtrata cadunt: & remis pectore pulſāt.

Vt primũ ro.poſtq̃ roſtra roſtris ĩpulſa ſunt ĩpetu ſuo regreſſa ſunt. Rediere: quia recupatæ naues re troceſſerũt. Aera tex.tãtus teloꝝ numerus fuit:ut q̃ſi nubes ſolẽ tegerẽt. Põtũ uacuũ.ſ.nauibꝰ:ſed telis tectus erat. Iã deductis pro.ſ.utrinꝗ.i.in diuerſas ptes ductis id faciebãt:ne aut ipſi circũuenirẽt ab hoſtibꝰ:aut ipſi hoſtes circũuenirẽt. Diuerſæꝗ ra.qa maſſilienſes a ro.& ecõuerſo recepti ſũt. Laxa.cla.ſ.cornu. Vt quotiẽs:p ſimilitudinẽ oſtẽdit qũo ĩter ſe naues cõmixtæ fuerãt:quẽadmodũ ĩquit ſæpe euenit:ꝗ diuerſis flãtibus uẽtis fluctus maris ĩpellit:aut repellit a uẽtis ĩter ſe certãtibꝰ eodẽ mõ ĩpellebantur & rpellebãt aliæ naues ab aliis. Ordo ẽ:ſic æquor repellit. Aeſtus:fluctus maris. Zephyrus:ab occidẽte. Eurus ab oriẽte ſpirat:iõ cõtrarii ſũt. Abeunt fluctus:unde recedũt ĩpulſæ ab alio uẽto. Tractus:ſpacia. Sulca.gur.rate qa ĩ ſulci modũ nauis mare diuidit cũ ĩpellit. Tulit.ſ.in claſſẽ redit maſſiliẽſiũ. Hoc æquor rppulit:qa æquor ĩpulſũ a maſſilienſibꝰ reppulit ad Ro. Sed graiis:ſed diuerſæ erãt naues hoſtiũ:qa maſſilienſes hẽbãt naues leues & agiles:& quocũꝗ uellẽt ĩpellerent eas. At uero ro.naues hẽbãt:q̃ rudes ædificatæ fuerant:quia paulo ante in ſyluis cæſæ arbores fuerant. Pinus habiles.i.naues pineæ:poſuit materiã pro forma. Laceſſere.i.apte ad laceſſẽdã pugnã hoſtiũ. Tẽtare fu.qa cũ paſſent Ro.claſſẽ:& q̃cũꝗ excurrere cæpiſſet:ubi ſe nõ poſſe reſiſtere maſſiliẽſes intelligerẽt ſtatĩ rfugebãt. Curſũ:nauis ſi põderoſa fuerit:nõ facile flecti põt ĩ gyrũ:ſed nauis agilis:ſi ĩ medio curſu fuerit facile cõuertit. Gyro.i.circũuolutiõe. Nec tarde:ĩmo cito:qa ſimulac cum pſſiſſet gũbnator clauũ:uel deſtrorſũ:uel ſiniſtrorſũ ſtatĩ ſentiebãt. Flecti.ĩpas. Certior:firmior. Præbet:ad pbẽdã. Carinã ſta.qa naues ro.graues erant:iõ ſtabiles. Bellãtibus uſũ:qa de maiore re nõ aliter pugnabãt q̃ ſi in terra fixa & ĩ cõtinenti fuiſſẽt. Tũc in ſigni.Maſſilienſiũ igit naues agiles ad pugnã eẽ dixit:& ideo naues ro.facile inuadebãt:Brutus igit in prætoria naui reſidentẽ magiſtrũ alloquẽs:& pateris ĩquit hoſtes artibꝰ ſuis:ut nos includãt & mare in ptãte ſua teneãt? quid nõ opponis nauẽ noſtrã hoſtiũ nauibus?ut illas excipiãt & exceptas profũdo mari immergãt. Signifera:ptoria. Profũdo.i.pro mari. Artibꝰ:quia nos artibꝰ pelagi includũt. Quacũꝗ uelint.i.quæ diſcurrãt. Cõſere manũ.i.pugnã miſce. Medias cari.ſ.naues:nã naues q̃uis mediæ ſint tamẽ ualidæ excipiẽt hoſtiũ nauiũ roſtra. Oppone carinas: ideſt tranſuerſas naues oppone illis maſſilienſiũ. Tũc quoꝗ: tũc ubi naues oppoſitæ ſunt e tranſuerſo naues maſſilienſium adẽpta ludẽdi occaſione fũdatæ ſũt:qa unda.Ro.nauiũ ſuſtinere robora pcutiebat:qa nõ poterãt uĩ Ro.nauiũ ſuſtinere in ſeipas redeũtes mergebãt. Percuſſa:dũ pcutiũt pcutiunt. Cohæſit:qa fugere nõ poterat. At alias:deĩde nauibꝰ ſuis manus ferreas in naues hoſtiũ piiciebãt:quæ cathenis alligatæ & manicis maſſiliẽſiũ naues retinebant:ut q̃ſi in terra continẽti ſiſterent. Manicæ:uĩcula manuũ: Cathenæ: qbus manicæ ligatæ erant. Seꝗ te.re.cum remis ne poſſent ſe in aliquã partẽ trahi. Stetit æquore bellum: firmatũ eſt tanq̃ ſi nõ in mari:ſed terra pugnaret. Iã nõ iõ quia cõſtiterãt naues nõ hoſtes tela emittebãt a longe:ſed cominus gladiis pugnabãt. Excuſſis:uibratis. Stat:ſtabilis manet. Pronus:obliquus in inferẽdo ictus aduerſos. Obducti:circũdati:qa maris uortices & fluctus uidebãt ſãguĩe obducti. Et q̃s: dicit tot iã cadauera cediſſe puppibꝰ ꝗ nõ ſinebãt naues cõiũgi:q̃uis cathenis retinerent. Cõſerta cad. ĩter duas

Vt primũ roſtris crepuerunt obuia roſtra
In puppim rediere rates:emiſſaque tela
Aera texerũt:uacuũque cadẽtia pontum
Et iam diductis extẽdunt cornua proris
Diuerſæque rates laxata claſſe receptæ.
Vt quotiens æſtus zephyris euriſꝗ repugnat
Huc abeũt fluctus illuc mare:ſic ubi puppes
Sulcato uarios duxerũt gurgite tractus
Quod tulit illa ratis remis hoc rettulit æquor
Sed graiis habiles pugnãꝗ capeſſere pinus
Et tentare fugam:nec longo frangere gyro
Curſum nec tarde flectenti cedere clauo.
At romana ratis ſtabilẽ prebere carinam
Certior:& ſimilẽ terræ bellantibus uſum.
Tunc in ſignifera reſidenti puppe magiſtro
Brutus ait:pateris ne acies errare profundo?
Artibus & certas pelagi?iã conſere bellum.
Phocaicis medias roſtris oppone carinas.
Paruit obliquas:& prebuit hoſtibus alnos.
Tũc quæcunꝗ ratis tentauit robora bruti:
Ictu uicta ſuo:percuſſa & cæpta cohæſit.
Aſt alias manicæꝗ ligant tereteſꝗ cathenæ:
Seꝗ tenet remis.tecto ſtetit æquore bellum
Iam uero excuſſis torquetur tela lacertis.
Nec longinqua cadũt iaculato uulnera ferro.
Miſcenturꝗ manus:nauali plurima bello
Enſis agit ſtatꝗ quiſꝗ ſuæ de robore puppis
Pronus in aduerſos ictus:multique pempti
In ratibꝰ cecidere ſuis:cruor altus in undis
Spumat & obducti cõcreto ſanguie fluctus
Et quas immiſi traxerunt uincula ferri.
Has prohibẽt iungi cõſerta cadauera puppes
Semianimes alii uaſtum ſubiere profundum

Feruor:quo deſperati ferũtur. Cadat:decidat. Perdant uelle mori: ideſt poſtponant cupiditatem mortis. Sic deflagrare:ſicuti inſtituerat Cæſar:ita etiam fecit:nam abſtinuit a pugna milites ſuos per totum diẽ &c. Deflagrare.i.deferueſcere & tepeſcere. Incaſſum:quia non eſt data facultas pugnãdi. Phoebo merſo.i.obruto ſole. Inde ubi nul.ſicuti animo conceperat Cæſar:ita & euenit:nam ſublata pugnãdi copia ſenſim calor ille & ira feruens extincta eſt. Miſcendi martis.i.cõſerẽdæ pugnæ. Cadit: deficit. Tepeſcũt:deferueſcũt. Saucia ma.ꝑ ſimilitudinẽ oſtẽdit quõ ſenſim ira defecit in hoſtibꝫ quemadmodũ inquit alqs ſaucius fuerit:dum adhuc calor ineſt ipſo uulnere fortior eſt:& dolore uehemetior.ſed ſi uictor qui eum uulnerauit telum abſtineret:donec ſanguis exeat: & paulatim exhauſto ſanguine deficiat: tunc ille ſine ullo labore uincitur: eodem modo de hoſte inquit: quia facta inter eos pugna: ſtatim illi fortiore facti ſunt. Maiores: quia dolor ipſe facit eos maiores & fortiores. Dolor eſt: quia cum ſaucius eſt aliquis in principio uulneris dolor incitat illum. Recens: nouus. Mobile neruis: quia dum membra calida ſunt ut facile moueri poſſint: & quo uelint facile gladium & tela uibrare.

Conamur:qa quocūq̃ conati fuerint uibrare tela:facile cedūt mēbra. Stat uictor: interea dū ille nimio dolore pcitus pugnaturus ē:& ille ſe ab eo cōtinuerit:qui cū uulnerauit facile ſuperabit. Cōſcius en.ada. .i.ſcit trāſfixiſſe pectus illis:& nō diutius duraturū eē. Tenuitq̃ ma. ſ.a pugna. Frigidus artus:qa paulatī ſāguis egredit:& frigus ſuccedit:quo mēbra oīa uno tpe frigeſcunt. Subducto:remoto. Rigēs: frigeſcēs Adſtrixit uul.quia uulnera claudūt cū inde ſanguis exierit. Iamq̃ inops:dicit milites cū depoſita ira ī caſtris rediiſſent:cepiſſe nō ſolū raſtris & ligonib:ſed gladiis ſuis terrā effodere:ut qūo poſſent uenā aquaȩ

Conamur calidus præbet cruor: oſſaq̃ nōdū
Adduxere cutē:ſi cōſcius enſis adacti
Stat uictor:tenuitq̃ manus tū frigidus artus
Alligat atque aium ſubducto robore torpor.
Poſtq̃ ſicca rigens aſtrinxit uulnera ſanguis:
Iā inopes undæ primum tellure refoſſa
Occultos latices:obſtruſaq̃ flumina quærunt
Nec ſolū raſtris duriſq̃ ligonibus arua:
Sed gladiis fodere ſuis puteuſque cauati
Montis ad irrigui præmitur faſtigia campi.
Non ſe tā penitus tā longe luce relicta
Merſerit aſſyrii ſcrutator pallidus auri
Non tamē aut tectis ſonuerūt curſib amnes
Haud micuere noui pcuſſo pumice fontes
Antra nec exiguo ſtillant ſudantia rore
Haud impulſa leui turbatur glarea uena:
Tunc exhauſta ſuper multo ſudore iuuētus
Extrahitur duris ſilicū laſſata metallis.
Quoq̃ minus poſſēt ſiccos tolerare uapores
Quæſitæ feciſtis aquæ:nec lāguida feſſi
Corpora ſuſtentat epulis:mēſaſque peroſi
Auxiliū fecere famē ſi mollius aurum
Prodidit humorē pigues māus utraq̃ glebas
Exprimit ora ſuper nigro ſi turbida limo

inuenirēt:ſed cū uſq̃ ad pfundū mōtis deſcēdiſſēt: nec minima ps aquæ inuēta ē:cogebant glebas cōprimere manib:ut uel gutta aquæ ī os caderet:rōrē colligebāt ex frōdib:& ſiqua forte aqua putrefacta ē in aliquo loco eo decurrebāt oēs: & tāq̃ ſi ſuauē potū hauſturi eēnt. Inopes undæ:penuria laborantes. Refoſſa:retro foſſa. Occulta tāq̃ in pfundū. Obſtruſa.i.occulta. Raſtris:nā huiuſmōi inſtrumēta ēt milites portabāt preſertim apd priſcos cū foueā facere uellent:cū ſemp foſſa & uallo caſtra cingebāt:raſtra a radēdo terrā dicta ſūt. Puteuſq̃ caua:dicit feciſſe foueā quādam q̄ uſq̃ ad pfunditatem colliū peruenerat & in planū & uallē deſcendebat:tamē nihil aquæ apparuit. Premit:fodit. Faſtigia.i.pfūditatē:faſtigiū ſignificationē hēt cōtrariam:nā ſignificat culmia ut Virgi. Et ſūmi faſtigia tecti:&c.ſignificat ēt pfūditatē: ut hoc in loco: Virg. in Ge. Forſitā & ſcropib q̄ ſint faſtigia quæris. Nō ſe tā penitus:maiori quidē diligētia & labore mirati ſunt uiſcera terræ: ut aquā inuenirēt q̄ ſi aurū & argētū quæſiuiſſēt. Penitus:interius:i.in ipſius terræ uiſcera. Relicta luce:.i.relicto cœlo & die. Tā lōge tā procul a pfūditate terræ ſe demerſit. Aſſyrii ſcrutator pallidus:qa in uiſcerib terræ cum diu multūq̃ uerſat pallorē quēdā cōtrahit. Aſſyrii:qa in oriēte frequētius uenæ oriunt auri. Nā garrei ex auro & argēto multa hēnt uaſa:ut refert Strabo: lectos:tripodas:crateras cū opculis:domoſq̃ ſūptuoſas:nā & portæ & piētes:& tecta ex ebore:auro:argēto:lapidibuſq̃ incruſtatis ſūt diſtincta. Sunt & ppe hos alii:apd quos aurū effoditur magnitudīe minima ſāſæ:mediana meſpili:maxīa nucis:has auri glebulas pforātes cū lapillis pellucidis alternis poſitis armilis faciūt inſerto filo & collo manibuſq̃ circūponūtur:uendūt id aurū uicinis uili præcio:æris triplo:argēti duplo:tū propter operandi iuſticiam:tum ppter inopiā eorū quæ cōtra accipiunt:quorū uſus magis ē ad uitā. Aſſyria regio in oriente ubi regnauit Nynus quā eſſe auri fertilliſſimā uoluerunt. Nō tamē:quis in profūditate terræ rimati fuerit:tamē nūq̄ apparuit unda. Noui fōtes:q nūq̄ ātea apparuiſſēt. Percuſſo.i.aperto. Pumex lapis ē cauernoſus. Antra nec exiguo:dixi fōtes:ſed nec paruā quidē:aut nullā inde ſtillā emiſerūt. Antra:cauernæ terræ. Stillāt.i.minutatī guttas emittūt. Impulſa.i.ſcaturiēte aqua. Leui.i.tenui uena aquaȩ. Tūc exhauſta: & cū diu in uiſcerib terræ ſcrutati eēnt undas:nec ullo mō inuenire poſſēt:tādē extracti ſūt ad ſupas auras:q̄ſi ex ipſis inferis emerſerīt. Exhauſta:effœta cū mutto labore defatigata. Sup.i.ſupra terrā. Metallis.i.inquiſitionibus:nā metallū dr inquiſitio a græco metalleo.græ.la.inquiro:nā metallū eſt quicquid inquiritur:non enim quæſiueranr metalla:ſed aquas. Laſſata:ſi forte aquas inuenire poſſent. Sudore: ideſt labore a præcedenti id quod ſequitur. Extrahitur:ſupra auras deducitur. Quoque minus: non mō nō pfuit quærere aquā:qa nihil inuenerūt:ſed ēt nocuit:qa dum fatigantur:aucta ē ſitis. Corpora ſuſtentant abſtinebant etiam ſe a cibo quia fames uidebatur quaſi leuamen ſitis:nam cibus inducit ſitim. Si mollius aruum: quærebant ſi alicui eſſet mollior terra:& terrā:& glebam auulſam manibus comprimebant: ſiqua gutta exprimi poſſet. Pingues:humidos. Ora ſuper:ut uel guttam aliquam emitterent.

Nigro ſi turbida:ſi forte piſcina putrida congeſta eſſet in aliquo loco omnes eo ſe conferebant:ut aquā etiam putridam & grauiter olentem haurirent. Nigro limo:ideſt fœtenti: quia fetorem emittit.

Colluuies.i.pmixtio aquæ cũ terra. Immota:ſtabilis iõ & putrida. Obſcæ.abhominãdos deteſtãdos Morieſq3 re. & moriendo haurit aquas quas ſi cõditio uitæ fieret nõ hauriret: uerbi gra ſi diceret aliqs Tu uiuere potes:ſi hãc aquã bibis:ille uero recuſaſſet: tũc certus mortis eam bibebat: Nollet.ſ.accipere.
Rituq3 fe.pecudes erant in exercitu. Has ore lactabant uſq3 adeo ẽt ut cũ lac deficeret ſanguinẽ exprimerent & haurirent. Diſtẽtas:plenas. Siccãt.ſ.lactẽtes. Sordi.pollutus. Exhauſto:euacuato. Tunc herbas.oĩa inquirebãt unde humorẽ aliquẽ haurire poſſẽt:nã herbas & frõdes terrebãt: ut inde ſuccũ aliquẽ emitteret:aut ẽt matutinũ rorem de frõdibus colligebant. Diſtrin.frãgũt. Quos:aliquos accipiũt. Palmite.i.fructicæ arboris:nam fructex eſt arbor tenella:ſicut palmes:quia nondũ in duriciẽ ligni conuerſus ẽ. Crudo:uiridi. O fortunati fugiens.nũc per compatiõnẽ dicit fortunatos eẽ illos:quibꝫ poteſtas data ẽ bibendi uenenatos fõtes ut Mitridates quẽ dum fugiẽtẽ pſequit Pompeius quacunq3 iret fontes ueneno inficiebat: ideo fortunatũ dicit Mitridatẽ:& illos quibꝫ data eſt poteſtas hauriẽdi aqs quãuis ueneno infectas compatione iſtorũ qui ſibi mori cogebant. Fortunati.ſ.fuerunt illi qui uenenis infecerunt fontes & Mitridates qui neſcientes hauriebãt. Hos licet in.ſ.uere inq felices.& apoſtrophat ad Cæſarẽ:o cæſar inquit: ut ſcias quantũ iſti mortẽ nõ timẽt.ſi bibentibꝫ ipſis aquas ueneno infeceris illi:quãuis ſciant ſe ueneno morituros:tamẽ bibere nõ dubitabunt. Nõ decepta: qa uidẽtibꝫ ipſis hoc feceris. Flu.ſ.Sicori & cyngã. Tabẽ: corpa putrida ferarũ. Aconitũ:herba ẽ uenenata: quã poetæ fingũt ex ſpuma cerberi natã eſſe:cũ illũ ab ĩferis traxit Hercules. Pallida:quia pallida ſunt aconita. Saxis:qa naſcit in cautibꝫ:aconis græ.la. hæc cautes tis.ppterea aconitũ dicit:quia in cautibus naſcit:cos cautes au uertit in o:ut ſaurex p ſorex ſic caudex pro codex. Torrentur: nec mirum quia diuturna ſiti ardebãt. Decepta: quia hoc clã nõ feceris:ſed pa am. Sicca ora.ſ. nimio deſiderio aquæ. Squa.aſ. in.quia arida lingua erat ĩ ſquamarũ modũ. Iã marcẽt uenæ.ſ.euacuatæ ſanguie.
Nulloq3 humore:pulmo ẽ q reciprocũ ſpũm trahit:dicit ergo deficiẽte humore pulmonẽ ſtrinxiſſe meatus:ut iã necarẽtur nõnulli:& nimia ſiti laborãtes: ſemianimes redderentur. Meatus alternos .i.rẽciprocos qa accipit ſpũm & reddit pulmo:nihil aliud uita hoĩs ẽ niſi rẽciprocus ſpũs aeris: & niſi aerem recipiat ac reddat pulmo uiuere nõ põt hõ. Lõga qa nimia ſiti laborãtes:ab imo uſq3 pectoris anhelitũ trahebãt. Reſc.i.ſciſſo unũ ẽ qđ ſupra. Pã.ora ſiti ut uel aere lenirẽt caloris & ardoris ſiti. Noctu.aera:qa nocturnus aer humidus ẽ. Virg.noctis lẽtus nõ deficit humor. Expe.cũ deſiderio hymbres optãt. Cũcta na.paulo ãte oĩa erãt multitudine hymbriũ plena aqs:nũc ãt deficientibꝫ hymbribꝫ arida terra facta erat & hymbres quos ãtea iuiſos hũerant nũc expectãt.
Quoq3 ma.mi.aliud addit qđ plurimũ ualebat ad augendã ſitis grauitatẽ:qa.ſ.nõ in regiõe poſiti erãt q̃ naturaliter arida eẽt:ſed ĩ medio fluuiorꝫ poſiti ſiti ardebãt:nã ſi regio penuria aquæ laboraſſet tolerabilius uideri potuiſſet:nũc cũ undiq3 aquæ fluerent ipſi ĩ mediis undis ſitiebãt. Quo:ut. Ieiunia ũdæ.penuria aquæ. Sol.i.cruciãt illos. Meroẽ:inſulã:merois ĩſula ẽ quã nilus ĩ medio ſui facit:& calidas emittit aqs Influũt.n.ut refert Stra.duo flumĩa e lacubꝫ qbuſdã ab oriẽte delata & meroẽ ingentẽ ĩſulã cõplectuntur: quorꝫ alterũ dr aſtaboras ad oriẽtale latus fluens:alterꝫ aſtapus qđ nõnulli Aſtoſabã uocãt:ſupra Aſtaboræ & nili cõcurſũ:meroẽ urbẽ eſſe eodẽ noĩe quo inſulã Sub axe:uidelicet ſub oriẽte in ea regiõe:uel pte qua. Nudi garamãtes:qa nimio calore ſolis populi Lybici nudi arare cogũtur: Garamãtum regio ultra getuliã eſt & piter cũ illo progreditur: unde carchedonii lapilli afferuntur. Inter ſtagnãtem ſicorim:inundantem regionem illam. Rap dum hiberum:uelocem fluuium unde hibe ria dicta eſt hiſpania:nam hiberus amnis toti hiſpaniæ nomẽ dedit:ut ait Solinus:Bætis uero prouinciæ:uterque tamen nobilis.

Colluuies immota iacet cadit omnis in aſtus
Certatim obſcenos miles: morienſq3 recepit
Quas nollet uicturus aquas; rituque ferarũ
Diſtentas ſiccant pecudes & lacte negato
Sordidus exhauſto ſorbetur ab ubere ſãguis:
Tunc herbas frõdeſq3 terunt: & rore madẽtes
Deſtringunt ramos: & ſi quos palmite crudo
Aarboris aut tenera ſuccos preſſere medulla.
O fortunati fugiens quos barbarus hoſtis
Fontibus immixto ſtrauit per rura ueneno:
Hos licet in fluuios ſaniem tabemq3 ferarum
Pallida dictæis cæſar naſcentia ſaxis
Infundas aconita palam romana iuuentus
Non decepta bibet: torrentur uiſcera flama:
Oraq3 ſicca rigent ſquamoſis aſpera linguis.
Iam marcẽt uenæ nulloque humore rigatus
Aeris alternos anguſtat pulmo meatus.
Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato.
Pandunt ora tamen: nocturnũq3 aera captãt.
Expectãt hymbres: quorꝫ modũ cũcta nata
Impulſu: & ſiccis uultus ĩ nubibꝫ hærẽt bãt
Quoq3 magis miſeros undæ ieiunia ſoluat:
Non ſuper arentem merore cancriq3 ſub axe
Quam nudi garamãtes arant ſedere ſed ĩter
Stagnãtẽ ſicorim: & rapidũ depreſſus hiberꝫ

Spectat uicinos:quia augebat dolorē aquā ꝓximā uidere:& eā haurire nō poſſe. Iā domiti: cū diu oīa tētaſſent:ſi quō poſſent e manibꝫ Cæſaris euaderēt:poſtquā oīa fruſtra fuerūt:tādem in cæſaris deditionem uenerūt. Paciſq; tuendæ:poſtq̄ uidit nulla rōe nulliſq; uiribꝫ euadere poſſe:Afranius auctor fuit de ditiōis cū primū cōſiliū cū oi exercitu cōicaſſet:deinde ipſe q̄ſi publicus legatus totius exercitus ad cæſarē ꝓfectus orōnem hūit. Duces.ſ.Petreius & Afra. Ceſſere.ſ.neceſſitati. Domiti.i.ſubacti fame. Paciſq; petendæ:quia Petreius cōcitauerat milites:iā de pace fœdera agētes. Dānatis.i.abiectis quibꝫ ſe defēdere non poterat. Semianimes tur.qa pene ſiti cōſumpti erāt milites. Hoſtilis.i.cæſaris uictoris. Seruata:nec tamē quāuis ſupplex ad pedes acceſſiſſet:maieſtatē īpatoriā depoſuit. Precāti.ſ. Afranii dico maieſtas. Stetit non fracta:quia dignitatem imperatoriā præ ſe ferebat:ut nō uideret̄ paratus eē mori. Priorē fortunā.ſ.inter fortunā īpatoris:quia īpator erat exercitus. Nouoſq; caſus:quia nō uictus erat:& in ptātē uenerat cæſaris. Victi ducis:non ignaui militis ſed q̄ſia uictū ducē dcebant nō militē. Securus q̄ſi ſine cura ſalutis:qa licet peteret ueniā:& ſi nō cōceſſiſſet Cæſar: tamē nō magnifaciebat. Si me degeneri:cōſtitutio cōiecturalis ē:cū quæritur de facto & diſputat̄: ut o Petrei & Afrani ſūpſiſtis arma contra me: quæſtio ē:īmo non ſumpſimus:& ꝓbat per locos ipſius cōſtitutionis:ut in expoſitiōe ſingulo ī loco dicemus: primo captat beniuolētiā a perſona ſui:cū oſtendit ſe fortē eē qui mori honeſte potuerit: ſi opus fuerit: a pſōa auditoris:cū oſtēditur quæ de iudice ſpes ſemp fuerit:& cū res eoꝝ ſapienter fortiter māſuete factas oſtēdemus:ita & hoc loco a Cæſare beniuolētiā captat: quē fortē māſuetū oſtendit:iō dignus ē a quo uenia petat̄. Si me degene.ecce quō oſtēdit ſe fortē qui mori potuerit honeſte non turpiter uiuere ſi opus fuerit. Degeneri.i.uili.ſ.ſub hoſte q indignus eſſet ab eo ueniā peteremus. Dextra for.i.uirtus q̄ oppeterē potius. At nūc a pſōna auditoris beniuolētiā captat:ſed qa credius o Cæſar te eē dignū qui uitā dones:id.n.āte facere cōſueuiſti:ut dubitare nemo debeat petere ueniā.iō ſupplices ad te uenimus. Hoc qa credo te dignū eſſe:q militibꝫ uitā dones. Nō ptis ſtu.nūc deſcēdit ad cōſtitutionē.ſ.ſūpſiti arma cōtra me o Afrani:quō uis ergo ignoſci tibi:īmo nō ſūpſi:q̄ſtio ē:ꝓbat̄ unde ꝓderit plurimū cōſiderare q̄ facta ſunt āte rē in re & poſt rē:a nte rē ubi fuerit āteq̄ bellū gereret ī hiſpania cū īpio quā ꝓuīciā Senatus populuſq; ro. ſibi tradidit:āteq̄ bellū cīle cōflaretur ī hiſpania:cū īpio eā ꝓuinciā demādatā gerētes a ſenatu po.que ro.tenebāt ex eo ꝙ āte rē fuerit ꝓbat ſe nō ſūpſiſſe arma:nā ſi poſtq̄ bellū cōflaret̄ arma ſumpſiſſet:tūc in uitio eēt. Cōſiliis inimica:qa nō ē demādata nobis ꝓuīcia cōtra te:qa nos deniq; inuenit bellū cīle:nā anteq̄ bellū cīle moueret̄ ꝓuincia nobis cū īpio demādata ē. Cauſæ priori:iā huius ꝓuinciæ ꝑfecti eramus. Nil fata morāt̄:in re.ſ.cū uolumus ꝓbare ꝑ conſtitutionē cōiecturalē aliquid factū:& anteq̄ factū fuit aliqd oſtēdius factū qd̄ nō oportuit:aut nō fcūm qd̄ oportuit ꝓbat a cōiecturali:hoc mō.In ꝓuīcia tenēda feciſti aliqd qd̄ nō oportuit:dici pōt nō fecimus:qa ſi ꝓuīciā tenuiſſemus ultra quā neceſſe fuerit:dicere poſſes fuiſſe aliquid factū qd̄ non oportuit: ſed illā tenuimus:quoad fata cōceſſere:ergo non fecimus qd̄ nō oportuit. Nil fata me.fecimus qd̄ nō oportuit.īmo nō fecimus qd̄ nō oportuit:nō oportuit tenere nos prouīciā poſtquā oīa expti ſumus: quæ humana neceſſitas tolerar̄ poſſet.ſed poſtquā dii nobis cōtrarii fuerūt uoluimus cōtra deoꝝ uolūtatē ꝓuīciā tener̄. Tra.heſpe.dſcēdit a cōſtitutione cōiecturali ad dliberationē:nā oīs petitio hēt deliberationē.ſ.eius a quo petimus cū.n.petimus aliqd:is a quo petimus dliberat dare uelit an nō:iō opus ē ſuaſiōe:ſuaſio oīs ē ī deliberatiōe:dliberatio hēt finē honeſti:& utilis quēadmodū petitio cū petimus aliqd debemus ſuadere a ptibꝫ honeſti:cū deliberamus aliqd:ita & cū petimus ab hiſdē ptibus ſuadere debemus:deliberatio hēt finē utilitatis:utile ē ut in deditionē accipias nos o Cæſar:cū ex hac deditione magnā utilitatē cōſequeris. Tradimus heſp.gē.o Cæſar iſta cū ſit cura nobis:ueniā pſtes:ī tuā ptātē tradimus hiſpaniā & orīetalē plagā. Apimus eoos.i.orīetales:nā donec hiſpania occidētalis rgio cōtra te eēt:nō ſecurus īuaderes orīētē ubi Pō erat:nūc ergo ſecurus poteris bellū gerere. Securum.quia te ſecurum damus:ut nihil a tergo hoſtile relinquamus. Poſt terga.ſ. occidentis

Spectat uicinos ſitiens exercitus amnes.
Iam domiti ceſſere duces:paciſq; petendæ:
Auctor damnatis ſuplex afranius armis
Semianimes ī caſtra trahēs hoſtilia turmas
Victoris ſtetit ante pedes:ſeruata precanti
Maieſtas non fracta malis: interq; priorem
Fortunā caſuſq; nouos gerit omnia uicti
Sed ducis & ueniam ſecuro pectore poſcit.
Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte
Non deerat fortis rapiendo dextera leto.
At nunc cauſa mihi eſt orandæ ſola ſalutis
Dignum donanda cæſar te credere uita.
Nō partis ſtudiis agimur:nec ſūpſimus arma
Conſiliis inimica tuis:nos denique bellū
Inuenit ciuile duces:cauſæque priori
Dum potuit ſeruata fides:nil fata moramur
Tradimus heſperias gentes:aperimus eoas
Securūque orbis patimur poſt terga relicti

Nec cruor:ſuadet a facili.ſ.quia hāc uictoriā Cæ.incruētā cōſequeṫ:quia nihil obſtabit quō magis ēt debeas nobis cōcedere hoc. Lapſa.ſ.pugnādo.Hoc hoſtibꝫ unū:hoc ſolū ignoſce ꝙ incruētā uictoriā accipias:& ne tibi uiliores uideremur. Nec mag.pe.a poſſibili nā cū petimus aliquid oſtēdeṙ debemus id qđ petimus pſtari poſſe ab eo quē rogamus:ꝙ tu facere potes o cæſar.ſ.ut dimittas nos ab armis hac cōditiōe: ut poſthac nō liceat nobis:nec ꝑ te:nec cōtra te arma ſumere:& tāq̄ emeritis militibꝫ futuri tpis ſtipēdia nobis dabis. Petūṫ:a te q̄ preſtare potes. Ocia do.ſ.ut nos ab armis dimittas. Degere.uiuere. Inermē: .i.depoſitis armis:& relicta militia. Quā tribuis.i.cōcedis. Proſtrata iacere:& putes aīo nos ad internitionē uſq; occiſos eē niſi ſuccurras. Nec.n.felicibus ar.arguit a ptibus iuſtitiæ.ſ.a gr̄a: gr̄a ē ut bene merentibꝫ premiū deṫ: & male merētibꝫ pœna qa infelices ſumus p̄mia nos hr̄e nō debemus:nec igiṫ debes nos exercitui tuo felici cōiūgere. Feli.quia cū nos infelices ſumus pticipes uictoriæ tuæ nos eſſe non decet. Turba hæc:q̄tū ptinet ad exercitū noſtrū nr̄æ fortūæ ſatiſfecimus:iō nihil nobis relictū ē qđ bellū cīle ſeq uelimus. Fata pegit:quādo ſemel uicta ē. Vicere cogas.i.poſtq̄ ſemel uicti ſumus nolumus āplius uīcere. Facilis.ſ.ad ignoſcēdū. Vultuq; ſerenus.i.benignus: qa q̄litas uultus ſignificat aī ītētionē. Penāq; re.ſ.ut ſint tāq̄ emeriti & uacationem habeant. Vt primū iuſte.poſtq̄ cæſar feliciter cōſenſit petiōi petreii & afranii:ſtatī milites ubi facultas data ē ad aquaꝝ flumina oēs ſine ordine diſcurrunt. Iuſte pa.quæ iuſta pax erat: que inter ciues cōponebaṫ. Incuſtoditos: ſicut a natura ſeruabātur ab hoſte Incūbat.i.inſtat nimia ſiti laborās. Flu.turbat: qa mult tudīe mil itum pturbātur undæ. Cōtinuus mul.dicit quō milites poſtq̄ ſemel facta eſt bibendi facultas tam auide aquas hauſerunt ut ſe ipos ſuffocarēt:nā multi ex ipis p̄ nimia auiditate bibēdi ſuffocati ſūt. Cōti.tractus.i.hauſtus aquarū ſine intermiſſione:qa auide nimis trahebāt. Artauit:anguſtauit. Aīas.i.uitā & ſpūm. Feruida pe.i.aqua auide hauſta. Plenis.repletis. Cædit q̄uis aquæ ſuparent & abundarent:tamē ſaciari non poterāt:cū pleni eēnt aquis:tamē adhuc haurire cupiebant. Morbus egēs:i.uitiū ſitis ex inopia aquæ contractū. Mox:deīde. Robora ner.poſtq̄ tādē ſiti expleuerūt uires ī corpore r̄diere. Et uires declarat:quia mos ē poetaꝝ ut multa dicāt in eadē ſnīa: & alteꝝ ſit alterius expoſitio. Robora.i.uires. O ꝓdigia reꝝ luxuries.capta occaſione poeta inuehiṫ in eos qui curioſi ſunt ciboꝝ & qui terra mariq; quærunt:unde delicatū aliquid hr̄e poſſint ꝙ nō neceſſitati ſuæ cōueniat:ſed uoluptati ſatiſfaciat.O uos inquit q adeo ſoliciti eſtis ī iquirēdis uariis ciboꝝ generibꝫ aduertite & cōſiderate q̄ paucis rebꝫ hūana uita poſſit eſſe cōtēta:hi.n.recupauere uires ſuas aqua & pane cōtēti. Luxu.ſupflua. Prodiga.i.q̄ rebꝫ abuteris: ꝓdigus dr̄ a porro & gero uidelicet q ſua bōa neq̄q̄ cōſumit. Nūq̄ cō.i.quæ ſēp magno ſūptu cibos & epula pare ſoles. Ambi.i cupida:ābitus ꝓprie dr̄ cupiditas honoris:ſed ꝓ oī cupiditate aliq̄do poniṫ. Paruo pa.quæ ut nūq̄ ſaciari poſſis. Et laute glo. mēſæ:O mēſæ delitioſæ. Diſcite nūc exēplo hoꝝ militū q ſatis hūerūt cū aquā haurire poſſēt & panē comedere. q̄:ꝑ quātū. Paruo.i.q̄ exiguo ſuſtētari poſſit humana hoīs natura. Aegros:egrotātes ē argumētū ſi ægrotātibꝫ aquā facile ꝓponētibꝫ medicis ſatis erit ad recupandā ualitudinē priſtinā: quāto ea magis ſufficiet corporibus ualidis. Nobilis bacchus:ideſt uinum præcioſū quod magno pcio cōparatur & aduectitiū eſt de longinquis ptibus:deū pro uino poſuit. Diffuſus:ignoto conſule:ideſt uetuſtum uinū & multis ānis ī cella uinaria ſeruatū:nā q̄to uetuſtius ē tāto ualidius:iō dicit ignoto cōſule pp ātiq̄tatē qa ro.tpa a cōſulibꝫ dinumerabāt:nā cū ſignificare uellent quo tpe aliqd geſtū eēt dicebāt Plāco & Lep.cōſul. hoc factū ē & q̄to ātiqores cōſules erāt:tāto magis ītelligebāt rē illā antiqorē eē ergo cōſule ignoto.i.cuius

Nec cruor effuſus campis tibi bella peragit
Nec ferrum laſſæq; manus:hæc hoſtibꝫ unū
Quđ uincas ignoſce tuis:nec magna petūtur
Ocia des feſſis:uitam patiaris inermes
Degere quā tribuis:campis proſtrata iacere
Agmina noſtra putes:nec enim felicibꝫ armis
Miſceri damnata decet:partēque triūphi
Captos ferre tui:turba hæc tua fata peregit.
Hoc petimus uictos ne tecum uincere cogas.
Dixerat.at cæſar facilis uultuque ſerenus
Flectitur.atque uſū belli pœnāque remittit.
Vt primum iuſtæ placuerūt fœdera pacis.
Incuſtoditos decurrit miles ad amnes
Incumbit ripis:promiſſaque flumina turbat
Continuus multis ſubitarū tractus aquarum
Aera non paſſus uacuis decurrere uenis
Artauit clauſitque animā:nec feruida peſtis
Cædit adhuc.ſed morbꝫ egēs iā gurgite plēis
Viſceribꝫ ſibi poſcit aq̄s:mox robora neruis
Et uires rediere uiris.o prodiga rerum
Luxuries nunquā paruo contenta paratu:
Et quæſitorum pelago terraque ciborum
Ambicioſa fames:& lautæ gloria menſæ.
Diſcite quā paruo liceat producere uitam
Et quantum natura petat:non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſſus conſule bacchus.

nomen propter uetuſtatem incognitum eſt. Non auro murrhaque:ideſt nõ aureis poculis & murrhinis bibebant. Murrhina mittuntur ab oriente:ut refert Plinius libro ultimo naturalis hiſtoriæ:inueniũtur enim ibi pluribus locis:nec inſignibus:parthici regni:præcipue tamen in Carnania humorem putãt ſub terra calore denſari amplitudine nunquã paruos excedunt abacos:craſſitudĩe rara uaſi potorio: ſplẽdor iis ſine uiribus:nitorque uerius q̃ ſplendor:ſed in prœcio uarietas colorum: ſubinde circũagẽtibus ſe maculis in purpuram candoremque & tertium ex utroque ignoſcente ueluti per traſitum coloris purpura rubeſcente :aut lacte candeſcente:ſunt qui maxime ĩ iis laudẽt extremitates: & quoſdam colorum repercuſſus:quales in cæleſti arcu ſpectãtur:his maculæ pingues placent:trãſlucere quicquã aut pallere uitium eſt:Item ſales uerucæque non eminẽtes: ſed ut in corpore etiam plerunque ſeſſiles: aliqua etiam in odore cõmẽdatio ẽ. primus Pompeius in urbẽ murrhina inuexit & ſex pocula capitolino Ioui dicauit:quæ protinus ad hominum uſum tranſiere abacis etiam eſcariiſque uaſis inde expetitis:contraria huic cã cryſtalum facit:gelu uehemẽtiore cõcreto:nec alibi certe r̃peritur q̃ ubi maxĩe hybernæ niues rigent glaciemqꝫ eſſe certũ ẽ:unde & nomen græci dedere. Oriens & hanc mittit:ſed indicæ nulla præfertur:naſcitur & in Aſia uiliſſima circa alabãdam & hortoſiam finitimiſque mõtibus.ſ.nõ mixto uino aut aliquo liquore ſuauiore Flu.i.aqua ꝑ parte ſui ponitur:ut reſtinguere fontibus ignes: nã non fontes reſtinguebant:ſed partes fõtium Ceres:deam pro fruge poſuit. Heu miſeri:nunc ĩ eos

Non auro:murrhaqꝫ bibunt ſed gurgite puro
Vita redit:ſatis ẽ populis fluuiuſqꝫ cereſque
Heu miſeri qui bella gerũt tũc arma relinquẽs
Victori miles ſpoliato pectore tutus
Innocuuſqꝫ ſuas curarum liber in urbes
Spargitur o quantum donata pace potitos
Excuſſis unquam ferrum uibraſſe lacertis
Pœnituit tolleraſſe ſitim:fruſtraqꝫ rogaſſe
Proſpera bella deos:nẽpe uſis marte ſecundo.
Tot dubiæ reſtant acies:tot in orbe labores
Vt nunquã fortuna labet ſucceſſibus anceps
Vincendum totiens:terras fũdẽdus in omnis
Eſt cruor & cæſar per tot ſua fata ſequẽdus.

inuehitur qui cupiditate bella gerunt:quos dicit miſeros eſſe ſeu uincant:ſeu uincantur:ſi uicti fuerĩt: neceſſe eſt ut ſeruiant:ſi uicerint nunquã a bellis deſinent:ſed bella ex bellis ſæuiunt:cum alia ſemper appareant ꝙ miſeri ſint ex hoc cognoſci põt:quia ipſi depoſitis armis ĩ extrema miſeria cõſtituti cæperũt eẽ felices:& multo feliciores uictoribus ſuis. Heu: cũ miſeratiõe. Tũc:probat ꝙ ſecuri ſint depoſitis armis milites cũ antea armati:in extrema miſeria cõſtituti eſſent:& tuti eſſe nõ poterãt:nũc uero inermes ſecuri ſunt:quod e contrario uidet̃. Victoris:cæſaris. Tutus:q̃a neminẽ timebat. Innocuus:cui nemo noceret. Liber curarũ:qui ante magnis curis & ſolicitudinibus agitabãt:cũ mortis piculũ ante oculos timerent. Spargit̃:diuiditur. In oras ſuas:ideſt in patriã ſuã:q̃a in ſuã quiſqꝫ patriã redibat. O quãtũ donata:poſtquã depoſitis armis ſemel liberi fuerũt:pœnitẽriam agebãt ſe ipſos incuſantes:q̃d ſitim & aliarũ rerum inopiam:tam diu perpeſſi fuiſſent. O quãtũ cum admiratiõe quadã legẽdum. Pace potitos:potentes factos pacis:quã conſecuti erant:potitur aliquis cuiuſpiam rei qui potens factus eſt rei quam cupiebat.ut Virgilius.Optata troes potiuntur arena.i.cõpotes facti ſunt. Donata:a cæſare quod nunquã iaculati eſſent tela. Excuſſis:concuſſis. Vibr.fer.iaculatos fuiſſe tela ferrata. Toleraſſe ſitim.ſ.pœnituit quaſi dicat minime ſtultos ſe quodãmodo fuiſſe intelligebãt: & ſtultitiã ſuam dãnabant:quo depoſitis armis poſſent oĩa abunde conſequi. Rogaſſe bella deos:conſtructio latina:ideſt præcibus petiiſſe a diis. Fruſtra:q̃a obtinere nequerũt. Nẽpe uſis.Rationẽ affert:quãobrẽ pœnituerit eos tanta cupiditate uictoriam a diis exoptaſſe quia intelligebant ſe nunc fœliores eſſe uictoribus:& quod a diis optabant ipſis dãno potiuſq̃ utilitati futurũ:hoc cõparatione ſui & hoſtium intelligebant. Videbant enim multa bella reſtare Cæſari & militibus ſuis: ut unius belli finis principium alterius eſſet.quanuis etiam omnia Cæſari proſpere cederent:tamen opus eſſe longiore tempore atque longiore:antequam uictoriam plene conſequerentur.nunc ipſiſdimiſſis armis pace quieta frui apertum eſt. Nempe: inquam eos pœnituit: quia acies dubiæ cæſarianis. Dubiæ acies:ideſt incertæ pugnæ. Tot in orbe labores:quia opus erat ut põpeium terra marique perſequerentur:quia magnis exercitibus terreſtribus atqꝫ maritimis abundabat. Vt nunquam fortuna:& ſuppoſito:nõ cõcedo tamen:ꝙ nunquam fortuna ſit Cæſari aduerſa:tamẽ:multociens gerenda ſunt bella ut magno labore uictoria conſtet.Ordo eſt:uincendum eſt totiens : cruor eſt fũdendus in omnes terras:& Cæſar eſt ſequendus per tot ſua fata. Vt:quãuis. Fortuna anceps: ideſt q̃ ſemper dubia & incerta eſſe ſolet euentibus. Labet:mutetur ut in euentibus ſit incerta & dubia. Succeſſibus:proſperitatibus. Vincendum toties:quamuis omnia ex uoto Cæſari ſuccederent. In omnes terras:in omnes partes terrarum: in oriente: in occidente: in meridie: ubi Pompeius exercitus ſuos habebat. Cæſar per tot ſua fata ſequendus:neceſſe eſt ut cæſaris milites ueniant qui ipſum ſequẽtur. Per fata:per fortunas:qui quocunque orbis terrarum in periculo & diſcrimine eſt:uincat ne an uincatur.

Felix qui potuit ergo cõparatione cæſaris atque ſuorum felix eſt qui ſcit iam ubi habitaturus ſit:qui ſe cuti ſunt Cæſaré incerti erant ad quas colonias habitaturi eſſent pro præmio uictoriæ milites.n.uictores in colonias mittebantur more maioꝝ:& uictos in colonias reducũt: ipſi quoq; fœdere.i.amicitia cõiũcti erãt:dicit igiť uictores illos hĩtaturos pr̃ias ubi geniti & educati ſunt: at uero uictores milites cæſaris adhuc neſciuere quã pté hĩtaturi ſint:iã perterrebãtur uictores:& neceſſe erat ut in oẽm parté reducti eã ſibi ſedé deligerét. Nutãte ruina.i.cũ mundus oĩbus ruinã minať:nam cũ ſit impium Ro. lõge lateq; porrectũ & ferme oẽm terraꝝ orbé cõpræhenderet mortis ro.mouebatur uniuerſus orbis. Nutante.i.ruinã minante. Eſt.ſ.ille: Quo ia.in quo loco moriturus ſit & uicturus:reliquũ uitæ ſuæ tempus. Nõ prælia feſſos:nã hi milites ſunt ſecuri bellorũ:& cũ cõiugibus ac liberis ſuis acturi ſunt uitã:& ĩ ſuis tectis habitaturi:ubi geniti & educati fuerũt. Vocãt feſſos.ſ.dimiſſis armis & relicta militia. Claſſica: inſtruméta belli:ut tubæ cornua. Sõnos certos:qa non ſunt ſolliciti de bello imminéti. Cõiunx: recipit. Nati:recipiunt eos qui ĩ pr̃iam rediere ad ſuos Rudes nati:infãtes qui adhuc in cunabulis nutriunť. Sordida tecta.ſ.uilia:& iõ pacifica:qa raro diſcordia in humili tecto:ſed ĩ magnis prĩcipũ ædibꝫ diſcordia regnat. Sua terra:in qua nati ſunt & educati. Deductis.ſ.a triũuiris in alienas colonias: ĩter municipiũ & colonias hoc intereſt: Municipiũ dr̃ oppidũ illud cuius ciues donati ſunt digniori ciuitate Veneta:e diuerſo appellatur colonia:cũ a digniori ciuitate mittunť ad inferioré quéadmodũ erecta é colonia Venetoꝝ:Recte ergo dicit hos militeſ

Felix qui potuit mundi nutante ruina
Quo iaceat iam ſcire loco:nõ prœlia feſſos
Vlla uocant:certos nõ rũpunt claſſica ſõnos
Iam cõiunx natiq; rudes:& ſordida tecta
Et non deductos recipit ſua terra colonos.
Hoc quoq; ſecuris oneris fortuna remiſit.
Sollicitus menti quod abeſt fauor ille ſalutis
Eſt auctor:dux ille fuit:ſic prœlia ſoli
Felices nullo ſpectant ciuilia uoto
Non eadẽ belli totum fortuna per orbem
Conſtitit.in partes aliquid ſed cæſaris auſa eſt
Qua maris adriaci longas ferit unda ſalonas
Et tepidũ ĩ molles zephyros excurrit hyader
Illic bellaci confiſus gente curetum.

felices:hoc ẽt felicitaté ſuã auget:ꝙ.ſ.nõ cogerenť relicta pr̃ia ubi nati ſunt in alienas colonias deduci. Deductos.ſ.ad agros ſuos in alienos. Hoc quoq; ſecuris:hoc quoq; acceſſit ad felicitaté eorũ:ꝙ.ſ.ſecuri ſunt & nullũ onus metuebãt:nullũq; laboré militiæ. Menti.i.a méte eoꝝ ꝙ nihil metuãt:nec uictoriã utercũq; uincat uel cæſar uel Pom.haud ĩ magno diſcrimine ponũť. Fortuna re.fortuna hoc addidit ẽt ad felicitaté eoꝝ:ut ſine pauore ſint:uter cæſaris & Pom.uincat. Oneris:nã magnũ onus é pauor. Sollicitus ab effectu:qa reddit hoĩes ſollicitos. Salutis auctor:qa cæſar cũ pauloãte ueniſſet ĩ ptãtem ſuã: ipſis ſaluté donauit. Ille:Pom. Sic:hoc pacto: Nullo uoto:quia nõ optent ut cæſar magis q̃ Pom.aut e diuerſo uincat. Non eadé belli:ſicuti antea res oẽs fortuna cæſari feliciter ex uoto cedebat.At nũc oĩa in inuidia mutata ſunt:nã fortuna tã&ſi cæſari fauebat:tamé aduerſus eũ nõ nihil ſiniſtri auſa é. Nõ eadé:nõ fuit ſimilis huic fortunæ:quam in hiſpania habuerat. In partes Cæſaris:bene non eadem fuit:quia nõ nihil Cæſaris partibus aduerſata eſt. In:contra.ubi nã fuit aduerſa:ea parte qua unda ferit ſalonas:uidelicet in illyrico littore & dalmatico auſa eſt Cæſari aduerſari. Salonæ:rum.ciuitas eſt dalmatiæ:quam pollio expugnauit & de ea ſpecioſiſſimum triumphum egit:unde filium ſuum de nomine captæ urbis Saloninum appellari uoluit.Salonæ imperium dalmatorum fuit:hæc gens ut refert Strabo annos complures aduerſus Romanos bella geſſit:caſtella ad.L.habuit dignitate præſtantia. Longas:quia in longitudine ſita eſt:reſpexit ad ſitum urbis:ſicut albam longam dicimus. Tepidum hyader:non ꝙ hyader ſit generis neutri:ſed rettulit ad flumẽ tepidum:hyader autem fluuius eſt in adriaticum mare fluens:unde oppidum é haud procul ab eo hyadra appellatum:quam uulgo Zara appellant. Tepidũ:quia in occidente eſt:quia zephyrus ſemper eſt tepidus. Illic belliaci. narrare incipit nunc quõ non nihil aduerſi ĩ illyrico paſſus fuerit Cæſar.Hiſtoria ita ſe habet:Cum fauces maris adriaci C.Antonius & Dolobella cæſaris legati ipſius iuſſu occupaſſent inde in illyrico littore alius:alter in Dalmatico caſtra poſuiſſet Pom.oĩa maritima loca tenẽte.Octauius Libo cilix repẽte cũ omni exercitu claſſicorum utrinque uenit:& fames quidem Antoniũ in deditioné abſtorſit:quia famis neceſſitate coactus ſe Pompeianis dedit:quin etiam rates quæ in auxiliũ eius uenerat cũ Baſilio nouo Pompeianoꝝ marte funibus occultis in medio mari extéſis cilica arte captæ ſũt:duas tãtum naues ex faucibꝫ explicuit:unam quæ ferebat opitergĩnos: & hoc facinus memorabile poſteris edidit:nã multæ miliũ militũ manus extremis faucibꝫ circũfuſæ p totũ dié tela ſuſtinuerũt.Interea nocte ne in ptãtem hoſtium uenirẽt diſturbante Vulteio eorũ duce mutuis uulneribus inter ſe ceciderunt:& ad unũ oés occiſi ſũt hoc é illud qđ fortuna opata é cõtra cæſaré. Illic: in illyrico. Curetũ.i.Cretéſiũ qa cretéſes milites auxiliares ſecũ hẽbãt. Curetes ut oſtẽdit Stra.qdã ad acarnanes qdã ad etholos adſciſcũt & nõnulli a creta: aliq ex euboea genus duxiſſe aſſeuerãt đ his multa ferũť a Strabõe.

Quos alit deſcribit inſulá curetū: Pōto.ſ.in medio mari adriatico poſita ē Cretæ.ſ.illyrico littore ubi caſtra poſuerat.C.Ant.ná Dollobella in dalmatico poſuerat. Cautus ab incurſu belli: ꝓuiſus ꝓuiderat inqt ut qua ꝑte hoſtes inuaderét:ſed nō prouiderat cōmeatibꝫ. Si ſo.re.mō ꝓuiderat cōmeatibꝫ:ſed hec ꝑs magna illi & neceſſaria dederat:unde exercitus fame obſidebatᷣ. Tuta.ſ.loca:ēt ſi ī tutiſſimo conſtiteris:& non ſuppeditent aliméta quibus uiuere poſſis:neceſſe ē ut ſpōte in hoſtiū ꝑtātē uenias. Nō pa.deſcribit q̄ta inopia Ant.& milites ſui laborarét:iam.n.herbas cū radicibus euulſerāt. Paſcēdis eqs: multo minus nutriendis homībꝫ. Profilit:ꝓducit ab eo quod præcedit id qđ ſequitᷣ:ná primo ſeritᷣ ſeges deinde oritᷣ. Sege.frugé:uel pōt eſſe hyppallage: & ſegeté ꝓ terra poſuit.Virg.Quid faciat lætas ſegetes.

Q uos alit adriaco tellus circunflua ponto
Clauditur extrema reſidens antonius ora.
Cautus ab in curſu belli:ſi ſola recedat
Expugnat quæ tuta fames: nō pabula tellus
Paſcendis ſummittit equis :non proferit ullā
Flaua ceres ſegeté:ſpoliabat gramine capum
Miles: & attonſo miſeris iam dentibus aruo
Caſtrorū ſiccas de ceſpite uulſerat herbas.
Vt primū aduerſæ ſocios in littore terræ
Et baſilū uidere ducem noua furta per æquor
Exquiſita fugæ:neq̄ eni de more carinas
Extédunt:puppeſq; leuant: ſed firma gerēdis
Molibus in ſolito cōtexunt robora ductu
Nanq; raté uacuæ ſuſtētant undique cuppæ:
Q uarꝫ porrectis ſeries conſtricta cathenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos
Nec gerit expoſitum telis in fronte patenti
Remigiū:ſed quod trabibꝫ circūdedit æquor
Hoc ferit:& taciti præbet miracula curſus
Q đ nec uela ferat:nec aptas uerberet undas
Tunc freta ſeruantᷣ:dū ſe decliuibus uudis
Aeſtus agat:refluoq; mari undérur harenæ.
Iamq; relabenti creſcebant littora ponto.
Miſſa ratis prono defertur lapſa profundo
Et geminæ comites:cūctas ſuꝑ ardua turris
Eminet:& tremulis tabulata minantia pinnis

Spo.gra.cam mil. deficiētibus aliis rebuſ terram quoq; in uſū ſuū milites colligebāt. Attōſo aruo. more iumētorꝫ:iā iquit cōſūptis herbis ad radices uſq; tendebāt. Caſtrorꝫ ſiccas:qa aggere caſtra circūdederāt:& ex aggeribus cumulauerāt herbā:quā ipſi dentibꝫ carpſerāt. Vt primū:nunc deſcribit q̄uo res geſta fuerit:ná Ant.ad hanc inopiā ꝛdactus ubi Baſiliū uidit cū ratibꝫ auxiliaribus ueniſſe:parauit ſe ad fugā:ſi q̄uo poſſet furti e manibus labi:q̄uo aūt fecerit poeta deſcribit. Vt.i.poſtq̄. Primū:q̄ primū ſimulatq; ſocios uidit Ant. Aduerſæ:oppoſitæ. Baſilū:quia cū auxiliaribꝫ uenerat nauibus. Noua fur.nauigātia. Fugæ:ad fugā. Neq;.n.declarat qa ſibi rates de ratibꝫ fecerāt. Extendūt:producūt. ná de more naues ædificāt lōgas. lōgæ naues dicūtᷣ:q̄s uulgo galleas uocant. Que:ꝓ ſed. Pup.le. .i.leuiores puppes faciūt. Extē.ca.ſ.ut ſunt q̄dā q̄ſi carinæ & nauis corpus. More.ſ.antiquo. Leuāt:attollunt. Ro.rates firma:dico gerēdis molibꝫ. Rates uulgo dr̄ cū multa ligna inuicé cōnexa officiū & uſum nauis præbēt. Fir.ro. ualida ligna ad quā ré firma ſūt.ſ. Gerēdis moli.i.ad ſuſtentādas moles grauiores. Inſolito du.i.tractu nō ſolito:nūq̄ antea tale al quid factū erat nāq;. Raté:declarat qđ dixit robora firma. Cuppæ.qa naues q̄s hic cuppas huius pōti uocāt:ſcutellæ dicūtᷣ alio loco.i.ad ſimilitudiné ſcutellæ:uel cuppas has undiq; ſtruxerāt lōgo ordíe cathenatas:q̄ hāc raté ſuſtinuere: uerbi cá hic ratis erat:utriq; erāt ſcutellæ ſiue cuppæ:q̄ ſuſtinebāt hāc raté:& a frōte & a tergo nauigātes latebant ſub hac rate:& in ipis cuppis tribꝫ ordinibꝫ nauigabāt:nō a tergo:poſtq̄ a fronte qa uideri potuiſſét nauigabāt mouebatᷣ ratis illi admirabātᷣ q̄re moueretur:cū nullū uiderét remū:ſed hoc erat qa interius nauigabāt. Vac.quia nihil ī his ꝑter remiges uehebātᷣ Cathe.quibꝫ coniūctæ tenebātᷣ. Obli.al. trāſuerſos remos:materiā pro materia poſuit. Ordi.in modū remi. Geminis or.qa ſicut ordíes duos hēbāt a tergo:ita īterius ne uideri poſſet. Nec gerit expo. a frōte uidebantᷣ cuppæ:ſed nō hic erāt remiges qui uideri poſſét:ſed a tergo. Telis.ſ.hoſtiū qa potuiſſét ab hoſte uulnerari:ſi in frōte fuiſſét. Remi.i.remiges expoſitos. Patēti:apto. Circūdedit:ipſi remiges trabibꝫ æquor circūdederāt. Taciti mi.cur.quia mouebatᷣ ratis nec unde moueretᷣ quiſq; ꝑcipere poterat. Neq; uela:nō ſuſtinebat uela:quibꝫ uēto īpulſis nauis feratᷣ. Aptas:patētes undas:qa interius remi impellebāt æquor:& ita raté mouebāt. Tūc ſeruātᷣ:& cū ita parata eēt:expectabāt donec mare faceret refluxū quia quottidie mare fluit & refluit & undā hēré t:quæ raté ſuſtinere poſſet. Seruātᷣ:obſeruātᷣ. Aeſtus:redícs agat.i.reducit. Decli.un.:q̄ declinauerūt. Refluo:refluēte. Iāq; rela.poſtq̄ mare refluxiſſet:& unda ſufficiens erat:ut raté ſuſtinere poſſet:illā maiore curſu cōmouerūt. Rela.qa fluenté obſeruarūt undā maris

Gemi.co.ſ.naues:quia ratis illa lōgas ſecū duas naues hēbat. Ardua.i.alta turris:ut in arbore nauis eſt. Pinnis.ſ.cū. Minā.tabu.i.eminētia:qa in ſūmo uallo:tāq̄ turres ſūt ꝓpugnacula q̄dā pinnata: q̄ uulgo dicunturgli merli. Tremulis pinnis: quia ſicut mouebantur naues:ita & tremere uidebatur ꝓpugnacula

Noluit illyricæ cuſtos octauius undæ
Cōfeſtim tentare raten.:celereſque carinas
Continuit curſu creſcat dum præda ſecundo
Et temere igreſſos repetēdū iuitat ad æquor
Pace maris:ſic dum pauidos formidie ceruos
Claudat odoratæ metuentes aera pennæ:
Aut dum diſpoſitis attollat retia uarris
Venator tenet ora leuis clamoſa moloſſi
Sparthanos cretaſque ligat:nec creditur ulli
Sylua cani:niſi qui preſſo ueſtigia roſtro
Colligit:& præda neſcit latrare reperta
Contentus tremulo monſtraſſe cubilia loro.
Nec mora complentur moles auidæq; petitis
Inſula deſeritur ratibus quo tēpore primas
Impedit ad noctē iā lux extrema tenebras.
At pompeianus fraudes innectere ponto

Noluit Illyricæ:nunc dicit quomodo ſe egerit Octauius libo cilix peritiſſimus:tā & ſi iquit facile poſſet nauē illā obruere:tamē nihil oſtendit in ſuis ſe caſtris ferre:ut ſpem augeret hoſtibus:& reliquas naues ēt in pontū deduceret:ut maiorē prædā cape poſſet cautus: aſtutus:& uetuſtiſſimus pyrata. Turmas:ſcilicet ſuas. Præda.i.naues prædādæ deducūtur in mare. Inuitat ingreſſos.ſ.hoſtes ut iterū aliæ naues deducātur in mare. Pace maris.ſ.relicta:quia nihil ipſe infeſtabat hoſtē. Sic dū pauidos:per ſimilitudinē oſtendit:qūo Octauius Libo cilix peritiſſimus nō prius fraudes ſuas aperire uoluit:q̄ ſpē oībus daret poſſe eos liberius fugere:ut oēs e caſtris & e loco tutiore deductos una omnes cōprehenderet:nā ita eos illexit:ſicut uenator facit:cū iubet omnes canesqui latrare cōſueuerunt remoueri:& eos tantū mittit ī ſaltus:q prædā inueſtigare didicerunt:poſtea cū preda patuerit:tunc oēs in eos canes emittit : ita & iſte pyrata fecit:cum omnes relictis caſtris mediū mare tenerent quoſdā emiſit qui latentibus cathenis naues illaquearēt. Cōparat aūt Octauium Libonē uenatori. Romanas uero naues uidelicet Antonii & uulteii cōpat ceruis. Pauidos:metuētes. Claudat ceruos.ita hic relicto uacuo mari inuitabat & alliciebat Antonianos milites ut nauibus fugerēt:ſic uenator etiam facit. Metuentes aera pennæ:dicunt enī rubras pennas uehementer formidare ceruos. Venatores igitur cū ad locum peruenerint:ubi cerui frequentant ſaltum omnen circundant funibꝰ: & de funibus pennas rubras ſuſpendunt:ut Virgilius. Rubræ pauidos formidine pennæ:q cū de ſaltu effugere uelint ad funē ſæpe ueniunt:de quo pēnæ rubræ dependent:qui cū timēt nunc huc nunc illuc redeunt:has adeo dicūt pennas ceruos formidare:ut anteq̄ illas uideant earum odorem ſentiāt.

Odoratæ pennæ.i.cuius odorē ſentiunt a uentis deportatū. Diſpoſitis uarris.i.pærtticis. Varrus per geminū.rr.ſignificat perticā:qua retia circundātur.

Moloſſi:Moloſſia quæ & epyrus:primo moloſſia:deīde cahonia appellata eſt a moloſſo & cahonio:ut Virgi. Cahoniāq; heleni a fratre cahone dixit:iō moloſſi dixit quia ibi canes uelociſſimi naſcunt̄:ideo per excellentiam locutus eſt. Verū Strabo refert moloſſos & cahones celebratiſſimas gentes eſſe Epirotarum quippe qui totius epiroticæ terræ quādoq; regnum tenuere:prius quidē cahones:poſterius uero moloſſi qui quidē ꝓpter regū cognationē magis ac magis amplificati fuerūt:nā ex æacidarū ſanguine ꝓgnati ſunt. Leuis.i.agilis & uelocis canis. Sparthanos:nā in Lacedemonia & in Creta inſula optimi canes nutriunt̄:propterea poſuit horum locorum canes. Cretas:cretenſes. Creditur cōmittitur. Ligat:ſic reprimit canes uenator:ſicut claſſem ſuam retraxit Octauius. Niſi qui preſſo ueſtigia roſtro:uidelicet niſi tacitis canibꝰ q nihil aliud agunt:niſi odore nariū huc & illuc curſantes inueſtigēt ferā. Roſtrū appellauit nares canis:nā olfatici nares canis acutiſſimæ ſunt ī roſtri ſimilitudinē. Veſtigia:nā iueſtigar̄ ꝓprie ē canū qui p ueſtigia ſequūt̄ ferarū odorē. Neſcit la.nā canes q olfatus ſūt docti:cū feras uiderīt latratū tenent. Contētus tremulo:ad quid ꝓſunt huiuſmōi canes dicā:qa cū ad cubile uenerit leporis uel cerui uel alterius feræ cōcutit loris:quia ligatus a uenatore tenetur:tūc intelligit uenator inuētā eſſe ferā:ecce nō diſcedit a ſimilitudīe:nā ille pitiſſimus pyrata miſerat q funē ſub mari latentē ducerēt:quo fune illaq̄arent naues hoſtiū. Nec mora:Antoniani igit̄ milites & opitergini:ubi uiderūt neminē moueri ex hoſtibꝰ crediderunt metu deſiſtere:ergo una oēs relictis caſtris in mare naues deducūt. Moles.ſ.naues magnas. Cōplent̄:implēt. Virgi. Cōplent̄ ualleſq; cauæ. Auidæq;:ſolent poetæ qđ obſcure dicūt p epexegeſim expōere:ut hic. Inſula:ubi caſtra Ant.poſuerat. Ratibꝰ pe.i.cū rates milites cōſcēdiſſent. Quo tpe:deſcribit tēpus.ſ.in crepuſculo noctis:crepuſculū tēpus illud dr̄ icertū:cū nec plenus ē dies:nec plena nox:nā creperus a um.gr.la.dubius a.um. Lux extre.i.occidēs ſol:cū ſol occidit īpedit noctē eo tpe deſertus caſtris naues cōſcenderūt milites. Primas tene.qa nondū occidit. At pōpeia.ſicut uenatores retia tendūt:& fune ſaltū circundant:ita hic pyrata īpediētibꝰ telis funes medio mari extēdit:ut ille quæreret fugientiū naues.

Pompeianus:quia cilices fuerunt pyratæ:contra quos magnus Pompeius miſſus. Vnde ſeptē mēſium ſpacio mare uniuerſū infeſtiſſimū pyratis liberū reddidit : deinde pyratas ut uires eoꝝ diſſiparet ī diuerſas colonias miſit:& cum ante mare habitarent in continenti terra ſub ſpecie beneficii habitare fecit:ideo amabant eum quaſi beneficio eius adſtricti: ergo partes ipſius Pompeii defendebant atque ſequebantur.

Antiqua arte.i.cuius erat pitiſſimus & cui aſſueſactus erat. Summa freti.i. ſuperficie. Vacare.i.uacuam eſſe:quia in ſuperficie maris nihil doli eſſe uidebatur:ſed ſub mari miſerat qui funes & cathenas ex trãſuerſo ducerent: quibus hoſtium naues caperentur. Suſpendit:quia uincula illa non tetendit modo:ſed laxauit ut naues quæ captæ eſſent non ſentirent. Religatque cathenas:religat eas ut cũ poſtea nauis ſe ſẽſerit captam:tunc copia fiat circunueniendæ nauis. Illyricæ ru.i.litoris illyrici. Nec p.noluit nec primã nec ſecundam nauem capi ut reliquæ ſpem acciperent fugæ. Nec illa tardata.i. ſecunda nauis. Sed tertia moles:ideſt tertia nauis:quia plus hominum uehebat. Adducto fune.quia funẽ adduxerũt: & ita ad littora impulſa nauis cõſtitit. Impediũt: deſcribit locũ quo ratis capta adducta eſt q̃ onerata erat militib9:crepido hic porrecta eſt in mare.i.altitudo:qa fluctus dicunt cũ littora ſæpe pulſãt & concauitatẽ fecerãt:ut rupes crepidinis pẽdere uideãt:& ſub hãc crepidinẽ deducta eſt nauis. Caua ſaxa .ſ. fluctuũ ĩundatiõe pro cauata. Moles:rupis illius & crepidinis. Miræ:interpoſitio ẽ.i.res eſt mira. Ruitura:qa ſiquis ſuppoſitus fuerit crepidini timet ſẽper ruinã rupis quãuis nõ cadat. Aequor ĩumbrat: qa rupes porrecta eſt ĩ mare:& in rupe natæ ſũt arbores ideo dicit inũbrari æquor. Syluis:arboribus in ea natis

Huc fractas:dicit hic ſæpe naufragiũ feciſſe naues & fluctus ſub hãc crepidinẽ naufraga corpora ĩuoluiſſe: deĩde qa natura maris eſt ut nihil ſordidi cõtineat:ex eodẽ loco euomere cõſueuerat quæ antea abſorſerat. Fractas:naufragas. Aquilone: uẽto ſeptentrionali. Submerſaque:quæ naufragio perierant. Abſcondit illa:corpora naues fractas. In ãtris:in hanc creped inẽ ſaxi. Raptus: rapinas. Reſtituit renouauit rapinas. Cũque cauernæ: dicit q̃ tantũ fretum.i.feruens mare ibi eſt:ut cum ĩuoluunt uortices imitetur ſiculam charybdim tauro minitanam:Nam ut traiecti charydis oſtendit profundum quidem immenſum: quo innudationes freti mirum in modum nauigiadetrahunt:magnas per circunductiones & uortices præcipitata: quib9 abſorptis ac diſſolutis: & naufragiorum fragmenta ad Taurominitanum littus attrahuntur. Tauro minium condiderunt zanclei: ut refert Strabo: & urbs eſt non procul a Meſſana. Euomuere:eructauere fretum. Vortex: a uertendo diciaur. Feruore:quia nõ minor: imo maior eſt feruor huius maris q̃ ſiculi:ubi charybdis eſt. Hic opiterginis: Redit ad id quod omiſerat & oſtendit rationẽ cur deſcrpſerit: dicit enim in hunc locum raptam nauem & chatenis illaqueatam fuiſſe: qua opitergini uehebant: Hi opitergini tranſpadani Cæſaris auxiliares fuerunt: qui teſte Liuio in eo codice: ubi ſummatim rerũ geſtarum capita referuntur: rate ſua ab hoſtibus nauibus clauſa:potiuſquam impoteſtatem hoſtium uenirent: inter ſe concurrentes occubuerunt. Moles: rates. Opiterginis: qui ĩ auxilium Cæſaris uenerant. Conſtitit:retenta eſt ſub hac cauerna. Hanc omni.tunc uero emittuntur moloſſi & ſparthani & Cretenſes canes: quia omnes undique claſſes circundederant hanc nauẽ. Circumeunt: circunueniunt. Alii puppes: alii implent mare altum manibus:alii littora tenent ne quis egredi poſſet. Vulteius quidem ſenſit ſe captum eſſe: ſed ſero. tunc uidelicet cum prouidere non poſſet. Sub gurgite: in medio maris. Dux erat: præfectus erat ratis Vulteius. Incertus: dubius an fugeret an pugnaret.

Antiqua parat arte cilix:paſſuſq; uacare
Summa freti medio ſuſpendit uincula põto
Et laxe fluitare ſinit: religatq; cathenas
Rupis ab illyrycæ ſcopulis:nec prima nec illa
Quæ ſequitur tardata ratis:ſed tertia molis
Hæſit & ad cautes adducto fune ſecuta eſt
Impendent caua ſaxa mari:ruituraq; ſemper
Stat mirum moles:& ſyluis æquor inumbrat
Huc fractas aquilõe rates ſummerſaq; põtus
Corpora ſæpe tulit cæciſq; abſcondit in antris.
Reſtituit raptus tectum mare: cũq; cauernæ
Euomuere fretum:contorti uorticis undæ
Taurominitanã uĩcunt feruore charybdim.
Hic opiterginis moles onerata colonis
Conſtitit hanc omni puppes ſtatione ſolutæ
Circũeunt alii rupes ac littora complent
Vulteius tacitas ſenſit ſub gurgite fraudes
Dux erat ille ratis.fruſtra qui uincula ferro
Rumpere conatus.poſcit ſpe prælia nulla
Incertus qua terga daret:qua pectore bello
Hoc tamen in caſum quãtũ depreſa ualebat

Conatus: poſtquam diu tentauit ferro an rumpere poſſet funem nauis. Ferro: enſe: quia credebãt uincula eſſe ſtupea: ſed ferrea erant. Spe nulla: quanuis non ſperet poſſe uincere: tamen prœlia poſtulat: ut uel glorioſe moriatur. Incertus qua terga daret:quare cogebatur appetere prœlium: quia neſciebat quo furgeret: ut pote irretitus. Terga daret: ideſt fugeret. Bello: ideſt ſe fortiter pugnando defendere. Hoc tamen: quanuis nec fugiendi: nec pugnandi poteſtas erat: tamen plus effecerũt quam uires eorum ualebant: nam cum omnis undique claſſis hoſtium circundata eſſet uni rati: tamen tantum uirtus eualuit: ut uſque ad noctem pugnando pugnam ſuſtinerent. nam excedebat milium numerum militũ: qui hac rate uehebantur et cetera. Effecit: uidelicet quãtũ potuit efficere iter tot milia.

Millena manus:dicitmillenã fuiſſe hoc modo: millena uix manus úndiq; cicumfuſa hoſtium claſſem
per totam noctem pugnando ſuſtinuit:& dicit hic cohortem. Cohors eſt quingetorum & quinquagin
taquinque militum numerus:ſed tamen minus eſt. Cohortem.ſ.opiterginorũ. Vmbra ſcilicet noctis
Pacem habu. tene.interiecta nocte pax facta eſt: hoc eſt a pugna deſtiterunt omnes. Tum ſic attonitam:
nunc dicit quid Vulteius cõſuluerit ſeipſum & ſocios adhortatus fuit:ut liberi potius moriantur:q̃ in ſer
uituté uiuant.Eſt igiť hæc oratio ĩ deliberatiuo genere poſita:habet.n.cõſultationé:cũ duæ res pluresue ĩ
quæſtionem poſitæ ſunt & quid potiſſimum facié
dum ſit quæritur conſultatur.n. utrũ liberi moriã
tur: an ſerui uiuant: Et quia non eſt dubium liberã
mortem anteponere uitæ ſeruili:ſtatim ad probã
dum uenit. Sed quia ſpatium breue coſulendi dať
occurebat: Si uelimus nõ poſſumus deliberaŕ mor
tem.Refellit hoc Vulteius a repugnãtibus hoc mõ
¶ Mors deliberata:mors improuiſa :deíde longa ui
ta:breuis uita:ea quæ repugnantia ſunt ſe e diuerſo
reſpiciunt:contraria auté ex oppoſito ponuntur ut
deſiderata longa contraria eſt .i. improuiſa breuis
contraria eſt: ideo dixi q contraria opponũtur : ut
deliberata mors & breuis uita oppoſita ſunt : ípro
uiſa mors longa uita ŕpugnať:itaq; arguit ſi demor
te deliberaŕ poſſumus ſatis uitæ nobis ſupeſt:atqui
de morte deliberare poſſumus:igiť ſatis ſpacii dať.
¶ Libera:hic ponitur quæſtio:non utitur prohemio
nã ubi auditoꝝ aí nõ ſũt ad attétioné excitãdi non
opus é phæmio:nec beniuoléntia neceſſaria eſt: nec
ét dubitat: dequo locuturus eét : hæ pprietates ſũt
prohemii ut beniuoléntiã captéus &c. Libera nõ ul
tra : quõ oſtendit illos in ſeruitute eſſe : & ſi delige
rit uiuere ipſis paratam eſſe ſeruitutem. ¶ Parua no
cte.i.paruo noctis ſpacio: quia ſimulatque illuxerit
neceſſe é ut ĩ ſeruituté hoſtiũ ueniatis. ¶ Extremis
rebus:ut mori potius ĩ libertate uelitis q̃ ĩſeruitute uiueŕ. ¶ Anguſto tépore.i.breui ſpatio. ¶ Vita breuis:oc
currebat illud nõ poſſumus deliberare morté præ ãguſtia téporis:reſpõdet ſi tantũ ſpacii nobis é:quantũ
ſatis é ad deliberandã morté: nõ poteſtis diceŕ nobis parũ uitæ ſupeſſe. ¶ Quærédæ.i.deliberãdæ mortis.
¶ Vita:quæ ſupeſt aliis. ¶ Nec gloria læti:Refellit qđ obiici poterat ſi moriur nihil glorioſũ erit:ideo nõ ſpõ
te noſtra nos moriemur:ſed coacti:unde probat hoc mera quadam rõne:locum autem ſumit ab adiũctis
negocio : in quo deſperatum & contrarium ſecundum rhetoricos continetur:uidelicet maius:minus: eq;
magnum:forma:ſpés:ſiue genus ab his argumenta ſumantur contrarium & deſperatum arguit hoc loco
ab oppoſitis ſui cõtrarii. ¶ Inferior:quõ inferior.q inſtante morte uitã interponamus non erit: minor glo
ria:occurrebat illud:quæ nam nobis gloria erit morientibus:cum coacti eſſe uideamur:illi.n.glorioſe mo
riuntur qui ſponte moriuntur:at uere nos coacti nobis mortem intuliſſe uidebimur: primum tamen ar
gumentum eſt a pari hoc modo in æqua laude ponendum eſt & conténere quod ſpes & deſperare quod
conténis : nam utrunque incertum eſt quod deſperamus : & ſperamus : ergo non minus laudandum eſt
mori inſtante morte:q̃ mori in ſpe lõgæ uitæ nam illi qui moriuntur inſtante morte deſperant de uita &
alii interrumpunt uitam longam ſperantes : ſed iſti qui deſperant imminente morte poſſunt tamen ui
uere ſi dii uoluerint:ſicut qui lõgam uitam ſperant uiuere. ¶ Fato admoto.i.uicinæ morti:dũmodo pueni
amus eã:quãuis inſtet. ¶ Inferior : non minor eſt gloria q̃ ſi remota uideretur rõ. ¶ Oibus incerto.u. cũ té
pus futuræ uitæ in rebꝫ ſi tã ſperantibꝫ quã deſperãtibꝫ eã:nã & q depſerãt poſſunt longã uitã habere:& q
ſperãt breué conſeq poſſũt:ſeqť ergo par laus:ut ĩ æqua laude ponédi ſĩt p cõparationẽ. ¶ Spectaueris ãnos.
q̃uis ſperes lõgos ãnos:potes tamé puos habere & ſeq. ¶ Accerſas.i. puoces. ¶ Fata mãu.i.ſpõte moriaris:dũ
uiueŕ poſſis:rõ cur p laus. ¶ Nõ cogiť ullus:argumétũ ſupradictũ a cõtrariis.ſ.uelle & nolle. ¶ Velle mori:er
go ſi mori uoluerimus ſpõte moriamur:ideo plus laudis nobis erit:ſi mori uoluerĩus libertatis amoŕ:q̃ tu
piter uiueŕ. ¶ Fuga nulla patet:poſtq̃ ŕfellit q̃ obiici poſſet:nũc arguit a neceſſitate:ſicut.n.ĩ ſuaſiõe arguĩus
ab hõeſto.ſ.q hõeſtius ſit ĩ libertate mori q̃ ĩ ſeruitute uiueŕ:ita nũca neceſſario arguit dicit uelĩus nolũus
nobis neceſſitas urget:uel ut fortiter moriãur:uel ut turpiter uiuãus:ſi uero poſſes neceſſitatis ſeruituté fu
geŕ:uel libertaté ſeruaŕ:hoc eét ãteponédũ:ſed alteꝝ hoꝝ eligãus neceſſitas urget. ¶ Stãt ũdiq; nŕis:qa uide
mus nos undique circũuentos ab hoſtibꝫ:ut multitudíe circũſtantiũ fugere nõ poſſimus. ¶ Decernite læ.

Effecit uirtus:inter tot milia captæ
Circunfuſa rati & plenam uix inde cohortem
Pugna fuit non longa quidé.nã cõdidit ũbra
Nox lucẽ dubiam: pacemq; habuere tenebræ.
Tunc ſic attonitam:uẽturaq; fata pauẽtem
Rexit magnanima uulteius uoce cohortem.
¶ Libera non ultra parua quam nocte iuuẽtus
Conſulite extremis anguſto in tempore rebus.
Vita breuis nulli ſupereſt qui tempus in illa
Quærendæ ſibi mortis habet:nec gloria læti
Inferior iuuenes admoto occurrere fato.
Omnibus incerto uenturæ tempore uitæ
Par animi laus eſt.& quos ſperaueris annos
Perdere.& extremæ momẽtũ abrũpere lucis
Accerſas dum fata manu: non cogitur ullus
Velle mori.fuga nulla patet:ſtãt ũdiq; noſtris
Intenti ciues iugulis:decernite lætum

Deliberate mortē q̄do tpꝰ ē. Abeſt.ꝓ abſit. Cupias quodcūq; neceſſe ē.i.de neceſſitate feceris īſtrumētū uitæ:unde uera eſt illa ſnīa:oē qđ ē neceſſe ſeruit ſapiēti: qcqd neceſſe ē ſapiēs uult. & qcqd uoluerit cedit ſapienti:& ex neceſſitate fit uolūtariū: ut ſi uolo illam rem:neceſſe eſt ut habeā:& illā uoluntariā facio. Cupias:iā nō erit neceſſe ſi cupias qcqd uolueris. Nō tamē ī cæca:hic a laudabili ſumit argumentū:nā in ſuaſiōe cōſideraṫ:nō modo utile & honeſtū:ſed ēt laudabile:q̄q̄ ex recto & laudabile ſequaṫ tamē qcqd recte fit:id ēt laudabile ē:tamē poſt laudabile ſeorſū tractari q̄ honeſtū: qa hōeſtū nō ſolū laudis cā fit:ſed ēt ſi nulla laus ſequeretur:ſed ſi laus ſequitur duplicatur appetēdi uolūtas:ut hoc loco:& eſt pars una laudabilis quæ gloria dicitur.Eſt autē gloria frequens de aliquo fama cum laude:& hanc gloriam illos cōſecuturos oſtendit Vulteius:hæc autem ſumuntur ab auctoritate & opinione hominum : nam cū homines opprimantur uulgo pene omnes aliquid eē magnificum : id non pōt non laudabile eſſe & glorioſum:Sed nos inquit in conſpectu tam hoſtium: quā etiam noſtrorum poſiti:mortem nobis fortiter inferemus.& in magna tam hoſtium q̄ noſtroꝝ opinione moriemur:& id nobis honorificum atq; glorioſum futurum ſit. Nō tamen in cæca:quāuis ſimus ab hoſte circumuenti : non tamē moriemur ignaua morte:imo ī conſpectu tā hoſtium q̄ noſtrorum fortiter cademus. Cæca nocte.i. occultis tenebris bellorum ut diſcerni non poſſit uirtus noſtra. Permixtis tenebris .i. permixta turba quæ occultauit. Egregia. ſingulorum facinorum. Conferta corpora.i. permixta cum aliis habent & ignaui fortes & inertes confuſi ſunt:ut alii ab aliis diſcerni nō poſſint:ſed noſtra melior eſt conditio : quia uirtus noſtra & fortitudo ī conſpectu ominū erit. Mors illoꝝ. In mediū:in turbam ingnobilem. Perit:eua neſcit quia non cognoſcitur. Obruta uirtus : quia licet fortes fuerint:tamē nō dignoſcuntur ab ignauis. Nos in conſpicua:ſed nos tam in cōſpectu fortium hoſtium q̄ noſtrorum diſpoſuerunt: ut mortem noſtram laudabilem omnes ſpectare poſſint.

Et metus oīs abeſt:cupias qđcūq; neceſſe eſt.
Non tamē in cæca bellorum nube cadendū ē
Aut cum permixtis acies ſua tela tenebris
Inuoluent.conferta iacent cum corpora cāpo
In medium mors oīs abit:perit obruta uirtus.
Nos in conſpicua ſociis hoſtiq; carina
Conſtituere dei:præbebunt æquora teſtes.
Præbebunt terræ:ſummis dabit inſula ſaxis
Spectabunt geminæ diuerſo e littore partes
Neſcio qđ noſtris magnū & mēorabile fatis
Exemplum fortuna paras:quæcūq; ꝑ euum
Exibuit monimenta fides:ſeruataq; ferro
Militiæ pietas tranſibit noſtra iuuentus
Nanq; ſuis pro te gladiis incumbere cæſar
Eſſe parum ſcimus.ſed non maiora ſuperſūt
Obſeſſis tanti quæ pignora demus amoris
Abſcindit noſtræ multum ſors inuidia laudi
Q uod nō cum ſenibꝰ capti natiſq; tenemur
Indomitos ſciat eſſe uiros timeatq; furentes
Et morti faciles animos.& gaudeat hoſtis

Conſpicua: quæ in oculis ſociorum eſt:atque hoſtium. Præbeant æquora teſtes:cœlum:terra:hoīes: ipſa quoque ſaxa muta ſtrēnuæ mortis noſtræ teſtes erunt. Teſtes: ſcilicet claſſem hoſtilem. Præbebunt terræ:ſcilicet exercitum noſtrum & hoſtium qui littora occuparunt. Inſulæ: ideſt qui in inſula conſtiterant. Diuerſo littore: illyrico & dalmatico. Spectabunt ſcilicet ſpecioſam noſtram mortē. Neſcio quod noſtris:perſiſtit in hoc ut probet mortē ſuam glorioſam fore:& perpetuam laudem conſecuturam. Exemplum potes:uidelicet ut exemplo ſimul poſteris noſtris:uelint pro fide & pietate erga Impatorem ſuum ſeruanda & ardua queque ſubire & mortem ipſam ſi opus fuerit. Trāſibit noſtra iuuentus uidelicet fortirer moriendo ſuperabit fidem militiæ: Exhibuit:ſcilicet Imperatoribus ſuis. Trāſibit monu.ideſt uīcet hiſtorias omnes. Per æuum:per omnia ſæcula. Pietas:erga Imperatores ſuos. Ferro ſeruata:nā nōnulli ante milites fuerūt q perfide erga Impatorē ſeruāda id fecerunr:qđ nos facturi ſumus: ſi me audire uolueritis. Nāq; ſuis pro te:uere īquā nulla fides & pietas erga impatorem ſuū militū maior fuit:imo noſtra ſupabit:qa nō cōſiderabiṫ qđ fecimus:ſed qđ facturi uoluiſſemus : mō facultas fuiſſet:nā multū laudis noſtræ fortuna nobis aufert:ꝙ nō fuerīt parentes liberi: coniuges quoq; nr̄æ:nā ꝓ te o Cæſ. ꝓ pietate & fide tibi ſeruāda:ſicut nos īterimus:ita & pētibꝰ liberis cōiugibꝰq; nr̄is mortē illaturi ſumus: ſi facultas fuerit. Suis.i.ꝓpriis gladiis. Sed nō maiora ſupſūt:ſed non maius aliqd facere poſſumus ꝓ te: tamē maiora facere poſſēus id libēter & cupide faciēus. Tāti amoris : q̄ū erga te hēmus qa. Abſcīdit.i. cædit dimīuit nr̄æ laudis. Senibus:parētibꝰ & filiis & cōſequēter cū cōiugibꝰ. Indōitos ſciat:moraṫ ī eo argumēto ſupra cepto uidelicet laudabili:dicit.n.non ſolū cæteris laudādi:ſed ēt admirādi uidēur:qui ēt ipis hoſtibꝰ iā nimis fortiter oppetere uidebimur:& īcipiēt fortunā laudare:ꝙ nō plures fuerīt cathenis ī uoluti:nā ſi pauci admodū tā fortiter & obſtiate pugnauerīt ut uix eos uīcere potuerīt qd plures facturi erāt.magnā igiṫ gloriā oſtēdit honorificāq; mortē &c. Sciat.ſ.hoſtis. Viros.ſ.milites Cæſ. Timeatq; furētes : poſthac ipa deſperatiōe fortes ſūt. Gaudeāt.ſ.hoſtes ꝙ fraude ſua nō plures naues cepīt.ſ. cathenis.

Hæſiſſe.uidelicet catheis eorũ. Tẽtare ꝓbabũt:ẽt hoſtes tẽtabũt aĩos nr̃os:nũqd in deditionẽ pacto ſa/
lutis uenirẽ uelius:hoc faciẽt:qa oẽs ĩtelligẽt nos uolũtaria morte oppetiiſſe q̃ uitã ab hoſtibꝫ haberẽ poſſi
mus:& eã ꝓ nihilo habeãus. Parabũt.ſ.hoſtes nũqd pacto ſalutis ĩ deditionẽ uenire uelius. Turpi uita:
turpis uita ẽ eorũ q ĩ ſeruitute ueniũt. O utinã.ſ.ꝑmittãt nobis ſalutẽ hoc pacto:ut ĩ deditionẽ accipiant.
Vnica mors:ſigularis & præcipua : ſicut unicũ filiũ dicius. Famæ:gloriæ. Salutẽ ſpectarẽ:ut mors nr̃a glo
rioſior ſit. Nec nos:id dii fecere ut ꝑmittãt nobis ſalutẽ: ꝓpterea ut cũ nos uidebũt manibꝫ nr̃is oppeterẽ
ĩtelligãt nõ coactos:ſꝫ uolũtarios ĩteriiſſe. Deſperaſ
ſe ſalutẽ:nõ coactos mori. Magna uirtute merẽdũ ẽ
artificioſe argumẽtũ qđ ualidius erat ĩ fine poſuit:
id uidelicet ad laudẽ ſuã:uel ĩ primis ſpectare:ut ma
gnã de ſe opinionẽ Cæſari reliquat: nã ab optĩo lau
dari ea demũ uera laus ẽ: ſẽſus ãt ẽ. Nõ eſt iqt me/
diocri uirtute opus:ut id agamus qđ Cæſ.exiſtimet
morte nr̃a magnã cladẽ accepiſſe:cũ tales uiros ſtrẽ
nuos & fortes occidiſſe audierit ĩtelligat ſe plurimũ
dãni habuiſſe:ſi magnã de nobis opinionẽ Cæſ.reli
quemus:tũ magna laus nr̃a erit:quia a laudato uiro
ladabimur. Cæſ.ut amiſſis : ẽt ſi pauci ſumus tamẽ
nõ mediocrẽ cladẽ accepiſſe exiſtimabit Cæſar non
multitudine:ſed uirtute. Dẽt fata rẽceſſũ: oſtẽdit ſe
adeo eſſe cupidũ huius laudis ut optimã de ſe opi/
nionẽ cæſari reliquat:ꝙ ſi detur illi euaderẽ malit q̃
fortiter oppetere. Viuere:ſi mihi libera fieret opti/
o utrum uelĩ an elabi e manibus hoſtiũ an fortiter
mori : ego illi opiniõi ãteponerẽ mortẽ. Inſtãtia.i.
fata ĩminẽtia mortis. Proieci:cõtempſi. Furor eſt:
declarat qd ẽ angor ſtimulis.i.uolũtate mortis : ſed
iſte furor honeſtus atq̃ laudabilis:ſicut ꝓbat:ſolis a
gnoſcere ꝑmiſſũ ẽ eẽ fœlix mori. Hoc eſſe: fœlix ge/
neris neutri & ſubſtãtiuũ.i.eſſe q̃dã fœlicitatẽ:hoc ẽ
illi ſoli cognoſcũt fœlicitatẽ eſſe mori. Fœlix:ſi oẽs
hoĩes ĩquit cognoſcerẽt ĩſtar fœlicitatis eẽ mori:nẽo
uiuere uellet:iõ occultant hãc cæteris fœlicitatẽ dii:
ut ĩuita ꝑmaneãt. his ãt tãtũ ĩdicant q morti uicini
ſũt:ſicut nos. Permiſſũ: cõceſſũ. Quos tãgit:ſpoli
at. Vicinia fati.i.ꝓpĩqui ſũt morti:ſicut nos. Celãt:
occultãt ĩ cæteris hoĩbꝫ.ſ.fœlicitatẽ mortis. Durẽt
.i.patiãẽ uiuere. Sic cũtis ſuſtulit:nũc dicit quẽ effectũ Vulteii hũerit orõ:Nã qui ãtea mortẽ metuebãt:&
iõ nox breuis eis eẽ uidebatẽ:ꝙ exiſtiarẽt ſpaciũ uitæ ſuæ futuꝝ quãta nox lõga fuiſſet audita orõne uulteii
hi mutata ſẽtẽtia noctẽ lõgã nimis eẽ exiſtiarũt:quæ mortẽ ĩpediret. Ardor:cupiditas moriẽdi. Suſtulit
.i.erexit pene dimiſſos atque iacẽtes. Nobiliũ:uidelicet ſtrẽnuoꝝ iuuenũ. Oculis hu.i. lachrymãtibꝫ:qa
lachrymabãtur p̃ timore ĩminẽtis mortis iã iãque futuræ. Ante ducis uo.ãte orõnẽ Vulteii. Flexo tẽone
urſæ.i.iã media nocte p̃terita:quia cũ urſa mĩus cepit apparerẽ:aurora appropiquat : nã ſub aduẽtu aurorẽ
pallida efficitur:ut ꝓpterea occidere uideatẽ:licet nõ occidat:quia circa polũ ãtarticũ uertitẽ. Flexo .ſ. ad
occaſũ iã aduẽtãte aurora. Optauere diẽ.ãtea metuebãt mortẽ & noctẽ q̃ſi breuẽ deplorabãt. Precepta:
.ſ.Vulteii de morte honeſta. Nec ſegnis urgere :noctẽ lõgiorẽ eẽ putabãt:quanuis breuis eſſet. erat ãt nox
æſtiua:& declarat. Nec ſegnis polus.i: nõ erat tarda nox ſed cito occulebat quia breuis. Nã ſol lædea tene
bat.i.ſol erat ĩ geminis. Nã quĩtadecima die mẽſis Iunii ſol ĩgreditẽ geminos:& tũc lõgiores ſũt dies & no/
ctes breuiores:quid ãt ẽ qđ dicit nox ad ſagittas ꝑuenerat.i.ſagittariũ : ſi ſol ingreſſus erat gẽinos quõ nox
ꝑua ad ſagittariũ ꝑuenerat:ſed rõ hoc facit hemiſpii:quia zodiacus ĩ quo ſũt.xii.ſigna dimidia pte ẽ ſupra
terrã uidelicet ĩ ſupiori hemiſpio:& dimidius ĩfra terrã uidelicet ĩ ĩferiore hemiſperio:quo fit ut ſẽp ſex ſi
gna zodiaci ſit ſupra terrã & totidẽ ĩfra : dicit ergo ꝙ gemĩos ĩgreſſus erat ſol:quo tpe hæc res geſta ẽ: fĩge
circulũ:&gemini ſignũ qđ ſignũ ĩgreſſus erat ſol:cõputãdo ſic Cãcer:leo uirgo:Libra:Scorpio ſagittarius:
cũ igitẽ ĩgrederetẽ ſol gemini oriebãtẽ:occidebat ergo ſagittarius:& cõſequẽter nox illa erat ſagittarii:Recte
ergo dixit quo tpe ĩgreſſus erat ſol ad ſagittariũ uenerat:& cãcer redibat ĩ gẽinos.quia dies iã lõgiſſima ef/
ficiebatẽ:nã cũ cãcer regnat:tũc calor ẽ uehemẽtiſſimus & dies lõgiſſimi ſũt. Sydera lædea.i. geminos:nã
gemini .i.Caſtor & Pollux qui lædæ & iouis filii fuerunt poſt mortẽ ĩ ſigna cæleſtia trãſlati ſũt:qui gẽini
appellantur:ꝙ eodem partu nati ſunt. Altiſſimo cancro:gemini iam oriebantẽ:& cancer aſcendebat.

Non plures hæſiſſe rates:tentare parabunt
Fœderibus turpiq̃ uolent corrumpere uita:
O utinam quo plus habeat mors unica famæ
Promittant ueniam:& iubeãt ſpectare ſalutẽ
Ne nos cum calido fodiemus uiſcera ferro
Deſperaſſe putent :magna uirtute merendũ ẽ
Cæſar ut amiſſis intet tot milia paucis
Hoc damnum cladẽq̃ uocet:dẽt fata receſſus
Emittamq̃ licet:uitare inſtantia nolim.
Proieci uitam comites:totuſq̃ futuræ
Mortis agor ſtimulis: furor ẽ agnoſcere ſolis
Permiſſum eſt quos iã tangit uicinia fati
Victuroſq̃ dei cælant ut uiuere durent.
Fœlix eſſe mori.ſic cunctas ſuſtulit ardor
Nobilium mentes iuuenum cum ſydera cæli
Ante ducis uoces oculis humentibus omnes
Aſpicerent:flexoq̃ urſæ temone pauerent
Idem cum fortes animos precepta ſubiſſent
Optauere diem.nec ſegnis uergere ponto
Tunc erat aſtra polus nam ſol lædæa tenebat
Sydera uicino cum lux altiſſima cancro eſt.

Theſſalicas ſagittas: ideſt ſagittariũ: nã Chiron cẽtaurus qui p̄ceptor fuit Achillis ĩ Theſſalia medicinæ p̄cepta docuit: quẽ ãtiqui fixerũt eẽ ſagittariũ ſignũ ĩ zodiaco: ideo dicit Theſſalicas &c. Detegit orta dies: nũc dicit orta luce qđ fecerit hoſtes: & quid Vulteius cõſuluerit. Hiſtrosqui ptes Põpeianas ſeq̃bãtur: nã illyrico res geſta ẽ: ĩ illyria ãt ſũt hiſtri atqꝫ liburni populi: Virgi. Illyricos penetrare ſinus atqꝫ ĩtima tutus Regna liburnoꝝ & fõtẽ ſupare timaui: liburni & hiſtri idẽ ſunt. Strabo libro ſeptimo dicit primos illyrici littoris hiſtros eẽ ĩ ipſo Italiæ ãbitu. Solinus. cap. viii. liburnos gẽtẽ eẽ Aſiaticã affirmat ĩ Italico excurſu: q ꝓcedit ĩ dalmatiæ pedẽ: Dalmatia in limitẽ illyricũ

Nox cum theſſalicas urgebat parua ſagittas.
Detegit orta dies ſtantes in rupibus hiſtros:
Pugnaceſqꝫ mari graia cum claſſe liburnos
Tentauere prius ſuſpenſo uincere bello:
Fœderibus fieret captis ſi dulcior ipſa
Mortis uita mora ſtabat deuota iuuẽtus
Damnata iam luce: ferox ſecuraque pugnæ
Promiſſo ſibi ſine manu: nullaque tumultus
Excuſſere uiris mentes ad ſumma paratas.
Innumeraſqꝫ ſimul pauci terraque marique
Suſtinuere manus: tanta eſt fiducia mortis
Vtque ſatis bello uiſum eſt fluxiſſe cruoris
Verſus ab hoſte furor. primus dux ipſe cariæ
Vulteius iugulo poſcens iam facta retecto.
En qs ait iuuenũ eſt: cuius ſit dextra cruore
Digna meo certaque fide per uulnera noſtra
Teſtetur ſe uelle mori: nec plura locuto
Viſcera non unus iamdudum tranſiit enſis
Collaudat cunctos. ſed eũ cui uulnera prima
Debebat grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alii: totũqꝫ in partibus unis
Bellorum fecere nefas: ſic ſemine cadmi

Apianus dicit libro. ii. illyrioꝝ gẽtẽ liburnos eſſe: q qa finitima quoqꝫ citis nauibus ĩuaderẽt: ob id a celeritate nonnulli romani naues liburnicas dixerũt. Graia claſſe: cũ nauibus græcis. Naues lõgæ. ex diuerſis locis accitæ legionibus pluribus ſtipatæ uſqꝫ ad ſexcẽtoꝝ numeꝝ Põpeiũ ſeq̃banť teſte Apiano ex his cẽtũ Romanis refertæ: q̃ cæteras ãteirẽt. Tẽtauere prius. ergo qa dubiæ experti fuerant uirtutẽ opiterginoꝝ: hoſtes tẽtare uoluerũt: nũqđ fœdere ĩ deditionẽ uenire uellẽt: ſed nõ cõtigit qđ optabãt. Suſpẽſo bello. i. ĩtermiſſo hoc ẽ. factis ĩduciis. Fieret captis: qa uidelicet ſi ĩtẽponereť ſpaciũ: ĩterea ĩcipent uelle uiuere. Dulcior uita: cũ ipſi ſparẽt uiuere poſſe ĩcipẽt uelle uiuere potius q̃ mori. Deſtinata. deputata morti. Ferox: torua. Dãnata luce ĩ cõtepta uita. Promiſſo ſibi ſine manu. i. ꝓmiſſa morte: qa oẽs cõſpirauerũt cõſciſcere ſibi mortẽ. Tumultus: terrores. Excuſſere mẽtes: qa circũuẽti ſũt ab hoſtibꝫ nõ cõmouerť. Ad ſũma. i. ad ultima. ſũmũ & ultimũ ĩuicẽ cedũt. Innũeraſqꝫ ſĩul: & aliquãdiu tãtã claſſẽ circũuẽti Vulteii iã milites ſua uirtute ſe ſuſtĩuere: adeo ſolet ĩpa deſpatiõe creſceť uirtus. Mariqꝫ. qa littora plena erãt hoſtibus & claſſis circũdata erat nauibus eoꝝ. Fiducia mortis. i. ĩ morte tãtũ cõfidũt. Verſus ab hoſte furor: ubi illuxit Vulteius cũ ſuis ſicut ãtea dictũ ẽ fortiter dimicauerat: quoad uires poterãt: cũ uero iã ſatis cædiũ ꝓ facultate ſua feciſſe uidereť: tũc Vulteius ĩuitauit hoſtẽ ut iugulũ ſibi apiret: ut prius ipſe adĩpleret cũ cæteris: qđ ſupiore nocte cõſtituerãt. ſtatĩ uno tẽpore multi Vulteio uulnus ĩtulerũt: & q primũ lætale uulnus ĩtulerat ut uiciſſĩ redderet quod accepat: ipſũ ĩterfecit: quo facto cæteri hoĩes ĩ mutuã cædẽ ruerũt.

Fluxiſſe: ꝓ emiſiſſe cruoris uidelicet ꝙ iã multos ex hoſtibus occiderat. Furor: quo uſi fuerãt cõtra hoſtes ĩ ſeipſos cõuerterũt. Vulteius iugulo: & uulteius qui primus cæteros adhortatus fuerat: ipſe ẽt ĩpleť uoluit quod aliis ꝑſuaſerat: nã apto iugulo qs erit inqt q mihi iugulũ apiat: & ſtatim cũ letale uulnus accepiſſet: talionẽ reddidit ei a quo primũ uulneratus fuerat. Fata: mortes. Retecto: nudato. Quis. ſ. ex nobis. Dextera di. cru. i. q ſe dignũ facit: ut me ĩterficiat. Certaqꝫ fide: nã hoc ipſo ꝙ me ĩterficiet hoſtis uolũtatẽ illi apiet moriẽdi. Teſteť. i. teſtimonio ſignificet ſe uelle mori. Nec plura locuto: uix hæc locutus fuerat: ꝙ iã multi pectus Vulteii gladiis & telis confoderãt. Nõ unus: ſed cõplures. Collaudat: ꝙ recte feciſſet. Sed eũ cui: cũ multi uulnus una uulteio ĩtuliſſẽt: ei primo a quo uulneratus fuerat mortẽ ĩtulit. Grato. quia: gratitudinem ſeruauit ut redderet quod acceperat. Debebat. debitor erat primi uulneris. Concurrunt: mortuo duce in mutuam mortem & cædem corruere omnes. Partibus unis: quia uniti erant & concordes. Sic ſemine cadmi: duas ſimilitudines ponit: ut ponat ante oculos quomodo inter ſe occiſi ſunt: non aliter inquit q terrigenæ qui nati ſunt ex ſerpentinis dentibus ſatis a Cadmo: uel non aliter q illi terrigenæ ex ſerpentinis dentibus nati quos ſeminauit Iaſon tunc cum aureum uellus ſibi comparauit: medea hoc conſulente & auctore. Nota quidem eſt fabula cadmi qui fatigatus ĩ ſorore quærenda Europa oraculum Apollinis conſulit: ubi nam urbem conderet & auſpicio bouis Euboiam condidit: ſed conditurus urbem primum de more uoluit ſacrificare Apollini miſit quoſdam ex ſociis aquatum quia ſerpente marti ſacro ſunt interfecti: quem poſtea cadmus interfecit: ex cuius dentibus ſatis nati ſunt homines armati q ſe mutuis uulneribus ĩterſecere &c. ergo non aliter. Semine: ideſt iacto a manibus.

Emicuit:ſcilicet de ſerpẽtinis dẽtibus. Vulneribus:quia ipſi ſe mutuis uulneribus ĩterfecerunt app. Omẽ dirũ:qa omen fuit ſceleris ꝙ uẽtuꝝ erat ut fratres ſinguli certamine dimicãtes mutuã ſibi cædẽ inferrẽt. Phaſidos:nota fabula quõ Iaſon filius æſonis ĩcitatus a patruo pelia colchon tetẽdit ſuſcepturus uellus aureũ qđ ſeruabat̃ ab ĩſõni ſerpẽte:q qa ĩſomnis nõ poterat clã occidi:& opus erat ut occiſo ſerpẽte illius dẽtes tauris ignẽ naribus afflãtibꝰ ſeminaret:& ex his naſcerẽt̃ terrigenæ:cũ qbus ſinguli certamine dimicãdũ erat ei q aureũ uellus meruerat:ſed Medea Regis filia amore Iaſonis capta puluerẽ & medicamina dedit:qbus ſopitus ẽ ſerpẽs:nũc hoc dicit queadmodũ ſe terrigenæ occiderũt:ita Vulteius cũ ſuis. Phaſidos.i.colchis ĩſulæ: nã phaſis flu.ẽ colchoꝝ. Inſõni dẽte.i.dẽte puigilis ſerpẽtis. Magicis cãtibus:.ſ.lapide illo quẽ ĩ tauros iaſon iecit. Cognato ſanguine:qa frẽs erãt ex hiſdẽ dẽtibus nati. Sulcos.i. planitiẽ & tatũ æquor qtũ capiebat ager: ĩ quo ſati erãt ſerpẽtini dẽtes. Expauit:ipſa medea q remedia Iaſõi dederat nõ ſine timore fuit. Inexptis herbis:qꝝ ui & ꝓprietatẽ nõdũ ãtea expta fuerat. Sic queadmodũ terrigenæ ĩ Boetia: Itẽ ĩ ĩſula colcho ſe mutuũ ĩterfecere:ſic mutua pacti fata cadunt iuuenes. Nimiũq ĩ morte:põt eẽ ſẽtẽtia generalis huic loco cõmoda uidelicet qa cũ mors contẽnit̃:nimiũ uiriũ habet. Cadũt:occidũt̃. Nec queq̃:nõ errabãt in ĩferrẽdo ictus: dico nõ fefellit. Dũ.ĩ quãuis Moriẽte manu:quis lætali uulnere aliũ uulneraret: tamẽ nõ errabat manus: qui aliũ occideret. Nec debet̃ gladiis uulnus: Ideſt nõ pueniũtur:ſed pueniũt:qa gladii nõ prius uulnerabãt q̃ ipſi in gladios incurrerẽt. Et iugulis manũ:eius q uulnera ĩferebat tanta cupiditate moriebat̃: ut nõ cõtẽti iugulũ cõfoſſũ eſſe:ita pmebãt:& uſq ad capulũ premerẽt. Parẽti:in pẽtẽ. Haud trepidãte:ꝙ frẽs in frẽs & filii ĩ pẽtes occurrerẽt: tamẽ qa uidebatur repugnare naturæ:miꝝ qui manus cũ pcuteret pauore cõtremiſceret. Exegere.i.pectus uſq ad alterã ptẽ trãſfixere. Pietas fer.una:hæc ſola pietas fuit ĩter eos ut uno uulnere ſe ĩterſicerent ne multis uulneribus cõſumeret pr̃ filiũ. Foris latis.i.ſpacioſis tabulatis: nã fori.oꝝ dicũt̃ tabulata nauiũ & põtes quibus naues utroq latere circũdatæ ſunt a ferẽdo quia ferãt nautas. Traxere uiſcera.i.ĩteſtina trahẽtes. Deſpectã lucẽ.i.cõteptã uitã. Victoreſq ſuos moriẽtes: gaudebãt ꝙ uulnera ſua hoſtes ĩtuerẽt̃. Vultu ſpe. ſupbo:qa ſupbe aſpiciebãt uictores ſuos: ut gauderent potius q̃ timerent. Et mortem ſentire: Ideſt uoluntatem capiebant ex ſenſu mortis. Buſtis.i. cadaueribus cæſorum militum. Mirantibus:quia mirabantur Octauius Libo & cæteri Pompeiani duces ꝙ inueniri potuiſſent milites qui tanti facerent ducem ſuum:quanti hi Cæſarẽ. Nullam maiore:dicit nullam unquam fuiſſe nauem quæ totum orbem terrarum fama impleuerit poſt hanc. Ore.i. ſermone. Non tamen ignauæ:hic latenter Lucanus inuehit in populum Romanum:qui turpiter crudeliſſimo Neroni ſeruiebat exemplum opitergino rum habens qui mori tam fortiter uoluerunt potius q̃ ſeruire:nũquid inueniri poſſet aliquis qui æquo animo patiatur ſeruitutem.q.d.nõ. Tamen:quamuis fortiter occiderint:tamen poſt hoc exemplũ quã ſit difficile effugere ſeruitutẽ oſtẽdit.q.d. ſatius ẽmori q̃ ſeruitutẽ crudeliſſimi tyrãni ſuſtinere. Percipiẽt:intelligent gentes ignauæ.i.ueniet tẽpus ꝙ obliuiſcẽt̃ gẽtes ſuæ libertatis:cũ hoc ꝓpoſitũ ſit exẽplũ gẽtibus ne uelint ſeruire. Seruitiũ fu.ma.uel ſeipſos uel tyrannũ ĩterficiẽdo. Regna tuẽt̃ ob ferꝝ:qa cuſtodibus armatis & ſatellitibus ſecuri incedunt tyrãni. Ignorãtq datos:hoĩes neſciũt quã ob cãm ẽſes ſint dati hoĩbus:nullã ob aliã cãm ĩ primis q̃ ut ſe a ſeruitute liberẽt.

Emicuit dircæa cohors:ceciditque ſuorum
Vulneribus:dirum thebanis fratribus omen:
Phaſidos & campis inſomni dente creati
Terrigenæ miſſa magicis e cantibus ira
Cognatos tantos impleruut ſanguine ſulcos.
Ipſaque ĩexpertis quod primũ fecerat herbis
Expauit medea nefas:ſic mutua pacti
Fata cadunt iuuenes:nimiũq in morte uiroꝝ
Mors uirtutis habet:piter ſternũtq caduntq
Vulnere lætali:nec quenquam dextra fefellit
Cũ feriat moriente manu:nec uulnus adactis
Debetur gladiis:percuſſum eſt pectore ferrũ
Et iugulis preſſere manum:cum ſorte cruenta
Fratribus incurrunt fratres:natuſq parenti.
Haud trepidãte tamen toto cũ põdere dextra
Exegere enſes:pietas ferientibus una
Non repetiſſe fuit.iam latis uiſcera lapſa
Semianimes traxere foris:multumq cruorẽ
Infudere mari:deſpectant cernere lucem:
Victoreſque ſuos uultu ſpectare ſuperbo
Et mortem ſentire iuuat:iam ſtrage cruenta
Conſpicitur cumulata ratis. buſtiſq remittũt
Corpora uictores:ducibus mirantibus ulli
Eſſe ducem tanti nullam maiore locuta eſt
Ore ratem totum diſcurrens fama per orbẽ
Non tamen ignauæ poſt hæc exempla uiroꝝ
Percipient gentes:quam ſit non ardua uirtus
Seruitium fugiſſe manu.ſed regna timent̃
Ob ferrum:& ſæuis libertas utitur armis.
Ignorantq datos ne quiſquam ſeruiat enſes.

Mors utinam pauidos: ſenſus hic cū ſupiore cōiunctus: nā inuehebat̄ in cupidos nimiū uitæ qui ſeruirē nō dubitāt: ſi aliquo modo uitā ꝓducere queāt: nūc imp̄catur hoc illis ꝑ pœna cōtingat ut ſemp in timorē mortis uiuāt. Mors utinā: o utinā negares interficere eos q nimiū ſunt cupidi uitæ. Subducere .i. remouere a uita. Pauidos .ſ. mortis. Sed uirtus te ſola: uidelicet ut illis ſolū aliquē finē īponeret: qui cæteris uirtute p̄ſtant: nā mors ē finis oīum maloꝝ. Nō ſegnior illo: trāſit ad ſequētiā oſtēdēs quō Curio pro ꝑtibus cæſaris bellū geſſerit aduerſus Attiliū Varꝝ & Iubā Regē Numidiæ ī Africa: qui ꝑtibꝫ Pōpeianis fauebāt. dicit.n. īferius fuiſſe bellū hoc qđ nunc marī geſtū ē p Vulteiū cōtra Pōpeianos q̄ bellū quod geſtū ē ī Aphrica p Curionē aduerſus Iubā. Nā cū Attilius Varrus ī libya ꝑ Pōpeio exercitū hēret: & Iuba mauruſioꝝ: numidaꝝ rex: ut inqt Apianus Varo obſeqret̄: Curio a Cæſare ex Sicilia miſſus duabus cū legionibꝫ ī eos mouit: nauibꝫ lōgis duodeci onerariis uero plurimis ſtipatus: is cū Vticā applicuiſſet breui quadā eqſtri pugna: nonnullos ex numidis eqtes ī fugā uertit: & exercitu adhuc in armis cōſiſtēte: īpatorē tamē ſe noīari uoluit: ē.n. hæc appellatio p̄toribus nō mediocris apud milites auctoritatis: q̄ſi ipis teſtificātibus eūdē īpatorio noīe haud īdignū fore hūc qppe honorē p̄tores iā pridē ī maximis belli opibus ſibi uēdicauerāt: nūc aūt ſub quo decē milia ī bello cōcidiſſēt: hac appellatōe digni habebant̄: cū aūt Cæſarē ī Hiberia uictorē euaſiſſe nūciatū eēt aīo ſublatus curio: loco admodū āguſto iuxta mare caſtra locat: pugna igit̄ acriter īcepta: unicus ex Curionis militibus cecidiſſe dicit̄: Vari ad ſexcēti īteriere: pluribus uulneribus opp̄ſſi: aduenīēte deinde Iuba: rumor falſo ſublatus ē circa Bragadā flu. Iubā nō lōge diſtāte retrouerti: finitimis eius regnū īuadētibus: Saburā p̄torē regis: cū pua manu ab eo ī ripa flu. deſtitutū eē: quo rumore cōfiſus Curio: æſtatis calore cūcta purēte: circa tertiā diei horā fortiſſimā exercitus ſui ptē ī Saburā mouit: p iter arenoſū & aquis ſterile ꝑ ductus: Latex qppe hibernus calore ſolis aduſtus īaruerat: ſqualebāt oīa circum loca. fluuius uero a Sabura & Rege aſſiſtēte tenebat̄: ſublata itaq̧ ſpe Curio ad colles ob ardorē ſolis retroceſſit ſiti: ſuffocatōe confectus quē cū adeo affectū ītuerent̄ hoſtes flu. ſtatī trāſmiſere ad pugnā p̄parati Curio uiciſſim e mōtibꝫ deſcēdit īpite admōitui ac īſapiēter acies īfirmas agēs demū Numidaꝝ eqtibus eū circūuenīētibꝫ p aliqtulū tēporis paulatī rtroceſſit & ītra breue ſpaciū telluris copias redegit: repulſus denuo cōfugit ad montes. Aſinius polio clade iā multoꝝ īminēte uticā cū paucis exercitū reducit: ne q̄ interī a Varo calamitas ob rumorē habitæ cladis īſurgēre Curio piculū aggreſſus: pugnāſq̧ cū oībus q una aderāt īterfectus ē. ita ut ad pollionē nemo uticā tātæ cladis nūcius redire poſſet. hūc igr̄ finē: pugna apud Bragadā fluuiū geſta habuiſſe dicit̄ Curioni caput abſciſū ad Iubā delatū ē. Nec ſegnior: hic mars. Tūc: eodē tēpore. Libycis exarſit arēis: uidelicet ꝙ a curione geſtū cōtra regē Iubā Acciū & Varū q ptibus Pōpeii fauebant. Namq̧ rates audax: nūc īcipit narrare ut ſupius dictū Cæſar curā rei frumētariæ agēs curionē miſerat ī Siciliā: nūc ergo dicit: ꝙ ꝓfectus ex Sicilia ī Aphricā Curio uenit ad eū locū: q ut hiſtorici qdā refert āguillaria uocat̄: iam copias trāſportauit duas legiones mouit: quas a Cæſare accepat biduo & tribꝫ noctibus nauigatōe cōſumptis ad hunc locum peruenit qui anguillaria uocatur: hic autem locus abeſt ab oppido clypea. quod ſiculi extruſ ſerunt: & aſpida primum noīauerunt: teſte Solino capi. xl. paſſuum. xx. milia: ibi ēt & ſtatio nauibus aptiſſima: nā duobus promontoriis utrinque eminentibus continetur: ideo ſtationem hanc notam ideſt nobilem Poeta dixit hic apud fluuium Bragadam caſtra poſuit Curio: ſed bragada fluuius aphricæ iuxta oppidum muſci eſt: & huic fluuio bragadæ uicina etiam metatus eſt caſtra Attilius regulus: quo tēpore magna clade militum ſerpentem illum longitudine & magnitudine inſignem in hoc ipſo fluuio interemit pedum uidelicet centum & uiginti: ut refert Gelius: de his igitur locis loquit̄ Lucanus: ubi caſtra dicit poſuiſſe Curionē: qui ſimulatque e Sicilia profectus eſt in Aphricam uenit. Audax: Lucanus ſic & uirgilius nunquam audacem appellat quenquam: cui deīde nō ſit ſemp aduerſa fortuua ſecuta: ut Turnus audax ita & hoc loco de Curione dicit: ſicuti ſupra: Audax uenali comitatus curio lingua. Lilybeo: Ideſt ſicula tellure: nam Lilybeus mons eſt Siciliæ que triquetra appellatur: ideſt triū promōtorioꝝ inſula: quæ ſunt lilybeus Pachinnus & Pelorus. Aquilone recepto: Quia biduo & tribus noctibus nauigatione cōſumptis ad eum locum peruenit qui anguillaria appellatur: & ut a nonnullis fertur ex quattuor legionibns quia copias Attilii Varri deſpiciebat: qui prouinciam illam a ſenatu populoque Romano tenebat: aut pro Pompeio exercitum hoc in loco habebat duas tatummodo Curio aſportauit. Aquilone: Ideſt uehementi uento. Semirutas carthaginis arces: quia euerſa fuit a Scipione aphricano inferiore. Notæ ſtationis: Ideſt nobilis quia habet hic locus ſtationem æſtate accomodatam: nam duobus promontoriis eminētibus claudit̄. Tenuit .ſ. terrā appoſuit littora. Cano æquore: ſpumoſo mari ea parte qua.

Mors utinā pauidos uitæ ſubducere colles.
Sed uirtus te ſola daret. non ſegnior illo
Marte fuit qui tūc libycis exarſit in aruis.
Namque rates audax lilybeo littore ſoluit
Curio nec forti uelis aquilone recepto
Inter ſemirutas magnæ carthaginis arces
Et clypeatim tenuit: ſtationis littora notæ:
Primoq̧ caſtra locat cano ꝓcul æquore qua ſe

Lentus bragada:Ideſt tardus deſcẽſu:qui p̃terlabitur Vticam teſte Strabone. Siccæ arenæ:quia libya q̃ ẽ ps Africæ penuria aq̃ laborat. Inde:poſt hæc facta fuere:nã ſecũda nocte poſuit caſtra apud rupes ubi fama ẽ Antheũ habitaſſe cauernas. Exeſas:quod.i.declarat. Regna.ſ.Anthei Vt refert Solinus capit.xxvii.Lix colonia in eodẽ tractu Libyæ cõſtituta ẽ:ubi Anthei regia qui inplicãdis explicãdiſq; nexibus humi melius ſciẽs:uelut genitus m̃re terra ibidẽ herculi uictus ẽ.Strabo libro ultimo dicit Gabinium Romanoꝝ ſcriptorem:litteris mandaſſe:apud Ligẽ Anthei ſepulturã eſſe & Tibiã cubitoꝝ.lx.quã a Sertorio nudatã ait:ac rurſũ terræ demãdatam.

Bragada lentus agit ſiccæ ſulcator arenæ.
Inde petit tumulos:exeſas undique rupes
Anthæi quæ regna uocat non uana uetuſtas
Nominis antiqui cupientem noſcere cauſas
Cognita per multos docuit rudis ĩcola patres.
Nondum poſt genitos tellus effœta gigantes
Terribilem libycis partum concepit in antris
Nec tam iuſta fuit terrarum gloria typhon.
Aut tityos briareuſq; ferox:cæloque pepercit:
Quod non phlegræis anthæũ ſuſtulit aruis.
Hoc quoq; tã uaſtas cumulauit munere uires
Terra ſui fœtus:quod cum tetigere parẽtem.
Iam defecta uigẽt renouato robore membra.
Hæc illi ſpelunca domus latuiſſe ſub alta
Rupe ferunt:epulas raptos habuiſſe leones.
Ad ſomnos non terga feræ præbere cubile
Aſſuerunt:nõ ſylua thorum uireſque reſumit
In nuda tellure iacens:periere coloni
Aruorum libyæ:p̃eunt quos appulit æquor
Auxilioque diu uirtus non uſa cadendi
Terræ ſpernit opes:inuictis robore cunctis
Quãuis ſtaret erat:tandem uulgata cruenti

Quæ regna:quotiẽs ĩter duo ſubſtãtiua diuerſoꝝ geneꝝ & nũeroꝝ ponitur relatiuũ regiẽ a poſteriori:ut hoc loco nã primo rupes dicit:deinde Anthei:q̃ regna uocat &c. Rudis ĩcola.i.nouus. Antiqui no.i.nobilis cur uocarentẽ Anthæi regna. P̃res:q̃a poſt ſucceſſionẽ ãtiquoꝝ fama ꝑpetuo mãſerat. Nõdũ poſt genitos:nũc ponit naturalẽ r̃onẽ ĩcolaꝝ:q declarabãt & exponebãt Curioni quar̃ loca illa Anthæi regna appellata fuiſſet.Tellus.n.gigãtes illos cũ genuiſſet ut pholoũ Encheladũ q auſi ſunt reſcidere cælũ.& Briareus q cẽtimanus bellũ ſuſcepit aduerſus deos:nõ effœta fuit quin alios generaret Gigãtes. Effœta.i.exhauſta primos gigãtes genuit:q in Iouẽ gigantomachiã fecere. Terribilẽ:& hũc tãtaꝝ uiriũ genuit Anthæũ tellus:ut ſi illũ ãte gigãtes genuiſſet ĩ maximo ꝑiculo fuerit regnũ Iouis:unde ꝑpeciſſe uideẽ diis:ꝙ illũ ſero genuerit terra. Nec tam iuſta fuit:q̃ tiphon magnæ gloriæ fuerit terræ propter talẽ ꝑtũ:unus ex gigãtibus q arma cõtra iouem ſũpſerat.Tiphonis gigãtis cubile poſitũ accolæ credũt in ãtro illo ſiciliæ famoſiſſimo qđ Latis primũ patet faucibus:poſt modũ in ꝓceſſu ꝑ anguſtias obſcurarẽ auctor̃ Solino capi.li. Tityus:gigas:qui auſus fuit latonã de ſtupro ĩterpellare:ũde Apollinis & dianæ ſagittis occiſus eſt:q filii fuerunt latonæ:q tãtæ magnitudinis fuit:ut ꝑ terrã extẽſus multa iugera terræ occuparet:& detruſus ẽ ad ĩferos hac pœna ut corroſis uiſceribꝰ ſẽꝑ naſcanẽ.Veꝝ Tityus:ut refert Strabo li.nono uir uiolẽtus ac flagicioſus tyrannus panopeæ intereptus eſt ab Apolline cũ delphos adiret ꝑ uiã:qua tũc Athenienſis populus pythiadẽ ſupplicatõnẽ:cũ põpa p̃mittebat. Briareus.gigas cẽtimanus q auſus ẽ ꝓdere cælũ. Quod nõ ph.ĩ hoc miſerata cæli terra ꝙ nõ hũc ãte alios pep̃it. In aruis phlegræis.i.ĩ gigantomachia q̃ geſta ẽ in ualle phlegræa agro Cãpãiæ uicino:ãteq̃ oppidũ fieret:rumor ẽ ĩ militia mũdi dimicatũ cũ gigãtibꝰ:ut penitus ꝓſeqẽ ſolinus cap.xiiii.q̃tis ꝓbatõnibꝰ ĩpia ĩditia diuinæ expeditõis ĩ hoc ſæculo ꝑſeuerauerũt:illic ſi q̃do ut accidit nĩbis torrẽtes excitãẽ:& aucta aq̃ꝝ põdera ruptis obicibꝰ ualẽtius ſe ĩ cãpos ruũt:eluuione oſſa refert detegi ad ĩſtar:q̃ nõ ſũt ex corporibꝰ humanis:ſed mõ grãdiori:q̃ ob enormem exercitus monſtroſi magnitudinem iactitant extitiſſe:idq; adiuuatur argumento ſaxorum immanium:quibus oppugnatum cælum credunt. Hoc quoq; tam uaſt.ad cætera quæ alii gigantes habuer̃ hoc munus addidit terra ãtæo ꝙ quotiens uiribus defatigatus eſſet cadẽs a terra uires reſumebat & recẽtior ad pugnam fiebat. Vaſtas magnas. Cumulauit:amplificauit. Sui fœtus:Ideſt partus ſcilicet Anthæi. Defecta:defatigata Vigent:recreãtur:reficiuntur o Curio. Ferunt:ſcilicet maiores noſtri. Epulis:ſi ſcire uelis quo cibo uteretur.uidelicet uenatione leonum. Ad ſomnos:nec ſibi cubile ſternebat:ſed in nuda tellure iacens ſeipſo fortior reddebatur. Terga:pro tergora:ideſt pelles quia non utebatur ſtratis pellibus. Cubile:in locũ cubilis. Non ſylua thorum:non frondibus ſtratis iacebat. Periere coloni:& dum uiueret terreſtria & maritima uaſtabantur uiolentia huius Anthæi. Coloni:terreſtres. Aequor:ideſt maritima regio. Appulit:alluit. Auxilioque diu:Et tantæ uirtutis erat ut non opus eſſet reſumere uires a terra dum certamen ipſi fuit:cum cæteris non opus fuit huic cadere ut uires a terra reaſumeret:ſed cum Hercules ueniſſet:opus fuit ut uires a terra acciperet. Tandem uulgata:tandem peruenit ad aures Herculis monſtrum hoc Anthæi:& ſicut aliis malis tetram liberauerat:ita & hoc monſtro liberare uoluit.

Fama mali:ſcilicet Anthei. Alcidem herculem. Terram monſtris æquorq́ʒ leuātē nā occidit Caccū: aprum:Nemæum leonem:hydram in lerna palude. Aequor:ideſt ſtymphalidas aues in æquore occi/ dit q̄ infeſtabant nauigātes. Stymphalides aues dictæ ſūt a ſtymphalide palude archadiæ teſte Stra. li.viii. quas ab hercule ſagittis & tympanis fugatas poetæ ſixerīt. Exciuit:excitauit. Oras libycas:ut ibi mōſtrū hoc anthei tolleret. Ille cleonæi:nunc dicit cum hercules ueniſſet quo pacto uterque hinc antheus hinc Hercules præpararunt ad ſinguiare certamen:noluit hercules claua:nec ille gladio pugnare:ſed rem lucta inter ſe aggere placuit & tāquā luctatores īter ſe cer tarent:& probare uter utrum proſterneret.

Fama mali terras monſtris:æquorq́ʒ leuātem
Magnanimū alcidē libycas exciuit in oras
Ille cleonæi proiecit terga leonis.
Antheus libyci perfudit membra liquore.
Hoſpes olympiacæ ſeruato more paleſtræ.
Ille parum fidens pedibꝰ contingere matrem
Auxilium membris calidas īfundit harenas.
Conſeruere manus:& multo brachia nexu.
Colla diu grauibus fruſtra tentata lacertis
Immotumq́ʒ caput fixa cum fronte tenetur
Miranturque habuiſſe parē: nec uiribus uti
Alcides primo uoluit certamine totis:
Exhauſitq́ʒ uirū quod creber anhelitus illi
Prodidit:& gelidus feſſo de corpore ſudor.
Tunc ceruix laſſata quati:tūc pectore pectus
Vrgeri:tunc obliqua percuſſa labare
Crura manu:iam terga uiri cedentia uictor
Alligat:& medium cōpreſſis ilibus artat:
Inguinaq́ʒ inſertis pedibus diſtendit:& omnē
Explicuit per mēbra uirum:rapit arida tellus
Sudorem calido cōplentur ſanguine uenæ.
Intumuere tori:totoſq́ʒ induruit artus.
Herculeoſq́ʒ nouo laxauit corpore nodos.
Conſtitit alcides ſtupefactus robore tanto

Cleo/ næi leonis:īter cleonas & phylūte m ſurgit ſylua ut refert Strabo libro octauo in qua argiui ſacra cele/ brare conſueuere. Nemæa:ibi quoque quæ de Ne mæo leone geſta.fabulis prodita ſunt:diſtant cleo/ næ ab argo ſtad.cētum & uigīti:a Coritho uero ſtaī octoginta : Sunt autem cleonæ mediocre oppidū. uia ſitum:quæ ex argo corinthum ducit. Terga.i. clypeum:nam leonis occiſi pellem hercules clypeo ſuo impoſuit. Antheus libyci: quia ſicut hercules occiderat nemæum leonem ita hic Antheus liby/ cum occidit. Hoſpes:hercules qui pegrinus erat Liquore:ideſt oleo. De more paleſtræ: ad ſimili/ tudinem olympici certaminis q̄ꝫ primū ipſe hercu/ les inſtituerat ī honorē attaui materni pelopis: in/ termiſſum auctore Solino cap.ii.Picus filius eius in ſtaurauit poſt excidium troiæ anno quadringente ſimo octauo. Ille parum id fecit Hercules: ſed hoc fecit Antheus: Contingere matrem:ut uires ſper neret. Cōſeruere manus:nūc dicit qūo inter ſe lu/ ctati fuerūt. Cōſeruere proprie ē luctatorū qui ma/ nus manibus conſerunt & brachia nexu:ſcilicet cō/ ſeruere. Colla diu:quia etiam lacertis colla capere tentabant ut alter alterum proſterneret. Fruſtra: quia nihil efficere poterant. Grauibus:pondero/ ſis:fortibus. Caput immotum:ſcilicet tenebant : ſed fronte : & pedibus acriter certabant. Immo/ tum : ſcilicet neruis extenſis. Fronte : quia fron/ tem fronti opponebant ex oppoſito. Miranturq́ʒ habuiſſe parem:& Hercules mirabatur ſibi parem Antheum eſſe:& Antheus Herculem. Nec uiri/ bus : Nunc dicit qua arte Hercules luctatus fuerit cum Antheo. nam primo aliquamdiu ſuſtulit ut fatigaret eum:& laſſum facilius uinceret. Nec uo luit cer.noluit hercules primo effundere totas uires:ſed ſenſim illum tenere ſublimen:& illum ad laſſi/ tudinem deducere tentauit. Exhauſit:euacuauit uiribus:ex eo cognouit hercules q̄ꝫ ille crebro anhelitu fatebatur laſſitudinem uiribus exhauſtum eſſe Antheum. Tunc ceruix:alia ſigna ſubiungit primo im/ motum caput dixit tenuiſſe nunc dicit magis magiſque quati ac nutari:nunc deſtrorſum nunc ſiniſtror/ ſum. Quati:pro quatiebatur. Pectore:pectus iam lacertis non poterat a corpore ſuo reiicere Anthe us Herculem:nam Hercules comprehenſum illum pectori ſuo adduxit. Tunc:deinde. Vrgeri:pro/ urgebatur. Labare.i.cadebant. Obliqua manu:nam habent luctatores artem quandam:& manuum & pedum:ut facile aduerſarium puertere poſſint. Iam terga:iam ita inhærebat hercules Antheo ut ipm manibus compræhenſum conſtringeret. Medium compreſſis ilibus artat: quia qua ilia ſunt medius compræhenſus erat. Pedibus diſtendit & omnen:cum pedes pedibus inſeruiſſet peruertit illum & pre cipitem dedit humi. Per membra uirum:tan longus latuſque erat q̄ꝫ membris occupauit terram. Ra pit arida tellus:ſed ſimulatque tetigit terram refectus eſt: & recens ad pugnam rediit acrior. Venæ:an thei. Sudorem:laborē. Intumuere:ſcilicet reſumptis a matre uiribus:ideſt. Intumuere tori:inflati ſunt. Toros : pulpas appellat. Induruit:ideſt durior factus eſt. Nodos: ideſt digitos. Couſtitit alcides ſtupefactus robore tanto:admiratus eſt Hercules : nam quem iam uiciſſe putabat nunc ita reſti/ tutum uidebat quaſi nunc primum luctari inciperet. Nec ſic:dicit magis timuiſſe in hoc certamine nūc

herculem:q̃ in certamine hydræ & aliorum monſtrorum:quibus cum certaret cõſtat in periculum atq; diſcrimen incurriſſe. Rudis:quia quamprimum adultus eſſe ceperat hercules nullum anre monſtrum uidit præter angues:primum mõſtrum fuit hydra lernea:& quãuis nouus eſſet certator tamen non tanto timore perculſus ẽ &c. Inachiis ũdis.i.lerneæ paludis ubi hydra hĩtabat:Lerna argiui & mycenei agri palus ẽ:in qua ut oſtẽdit Strabo lib.viii.hydrã cõſtituiſſe:ſcriptores tradũt in illa cũ iacta ſũt purgamina: ꝓuerbiũ quoddã uulgo manauit:Lerna maloꝝ:&lerna fluuius ẽ eodem quo palus noĩe præterfluit temeniũ:in quo humatus ẽ Temenus. Inachus flu.q ut ibidẽ docet Stra.argiuã ꝑcurrit terrã. Rudis:nouus bellator. Angui.qa cæſo uno capite tria ſubcreſcebant. Suis:naturalibꝰ. Nũq ſpe.& iuno q̃ illũ ꝑdere uolebat nũquã ſpauit poſſe herculẽ ꝑire: niſi hoc certamĩe Anthei. Nouercæ.ſ.Iunonis. Exhauſtos:euacuatos. Olympus: cũ ad atlãtẽ ueniſſet Hercules Atlas ãt ſtellas qſdã labẽtes:cũ uidiſſet orauit Herculẽ ut humeros ſuos tãtiſper ſubiiceret polo ãtartico:dũ ille labẽtes ſtellas firmaret qđ hercules fecit. Athlas teſte Solino cap.xxxvii.mõs ẽ libyæ e media arenaꝝ cõſurgẽs uaſtitate:& eductus ĩ uicina lunaris circuli ultra nubila caput cõdit:lucet nocturnis ignibꝰ audiũtur & cãtus tibiaꝝ & tinnitus cymbaloꝝ ꝑ orã maritimã:Apex Perſeo & herculi ꝑuius:inacceſſus cæteris ita fidẽ araꝝ ĩſcriptio palã fecit:olympus uero ut idẽ docet mõs ẽ theſſaliæ q excelleti uertici tãtus attollit̃:ut ſũma eius cœlũ accolæ uocẽt:ara ẽ in cacumĩe Ioui dedicata: cuius alraribꝰ ſiqua de extis ĩferũt̃:uoluẽte ãno cuiuſmõi relicta fuerĩt eiuſmõi repiunt̃:litteræ in cinere ſcriptæ uſq; ad alterã ãni cærimoniã ꝑmanẽt. Ferret:ſuſtineret. Vtq; iteꝝ:ſed poſtq̃ hercules iratus iterũ lacertis mediũ cõplectebat̃ Antheũ:Antheus uero expectauit quo ad cõplexus eẽt cadere & ſponte ſua cecidit ut uires r̃ſumeret Quiſqs ineſt:& tellus cũ uideret ĩ magno diſcrĩe poſitũ eſſe filiũ ſuum ipſa quoq; filio oẽs uires miniſtrabat. Spũs:fortitudo. Labo.ſ.tellus ſuggerẽdo filio uires. Vt tãdem poſtq hoc ĩtellexit hercules:ſtabis inqt o Antæe nõ cades:qa nõ patiar ut iacẽs reficiaris a terra:hec ubi dixit mediũ cõplexus antheũ pectori ſuo adſtrixit eo uſq; tenuit quo illũ aĩam emittere coegit:& illũ exanimatũ cadere ꝑmiſit. Cre.nõ cõmitteris terræ Sẽſit:cognouit crebro caſu id qđ erat. Pigro ge.qđ hoĩes pigros facit: quia aĩa excedente corꝑe corpus cõtrahit̃ & torpeſcit. Hic æui ue.nũc ſuæ narrationis cõcludit effectũ:ut ex his q ſupra dicta ſũt id ĩferat:qđ Curio audire cupiebat hac de cã qa ibi Antheus hĩtauit:& ab hercule tandẽ ſuꝑatus eſt:hæc loca Anthei uocata ſũt:ſed nomẽ inſignius hiſdẽ locis Scipio Afri.dedit:q prius populo Ro.carthaginẽ tributariã fecit:q Hãnibalẽ tãdẽ ex italia excedere coegit. Hĩc:ab Antheo. Aeui ue.cu.fin.nõ uetera monumẽta reꝝ geſtaꝝ cuſtodiũt ea quæ ab initio facta fuerũt Vete.ãtiqui:niſi.n.fama eẽt:oĩa ãtiqua iã pridẽ ꝑiiſſet. Cuſtos:qa famoſa:iõ cuſtos. Mira utriuſq; ſui.qa cũ uetera audimus:q̃ ꝑ famã ad aures nr̃as ꝑuenerũt nõ ſine admiratiõe accipimus. Sed ma.magnũ qdẽ nomẽ ẽ ꝙ anthei regna uocitẽt̃:ſed multo maius fuit hoc ꝙ Scipiõis Afri.cornelia caſtra ad hãc uſq; ætatẽ appellẽtur. Cognomĩa.ſ.cornelia caſtra ſcipio ꝓdico. Reuo.bene reuocauit nã ſicut ĩ hiſtoria legit̃ Hãnibal ꝑ decẽniũ in italia mãſit:quã multis cladibꝰ ac populatiõibus uaſtauit ac uexauit: tandẽ Scipio afri.cũ ꝓuinciã africã accepiſſet a Senatu populoq; ro.demãdatã:traiecit ĩ eã ꝓuĩciã ipſã tãdẽ urbẽ carthaginẽ in uaſit:& ad eã redegit inopiã:ut neceſſario in africam r̃uocatus ex Italia Hãnibal r̃dierit:ergo. Reuocauit: hoc ẽ cauſa fuit ut reuocaret̃.Nã Carthaginẽſes illum cenſuerũt reuocãdũ quãdo ſe aliter a Scipiõe defendere nõ poſſẽt. Sedes fuit.ſ.ſcipiõi q poſtq̃ traiecit ĩ africã:hæc primũ loca caſtrametatus ẽ. En uete.nam adhuc foſſæ erant quibus caſtra circundata fuerãt:nam uallo & foſſa ueteres caſtra ſua cingere ſolebant.

Nec ſic inachiis:quãuis rudis eſſet in aruis
Deſectã timuit reparatis anguibus hydram
Conflixere pares:telluris uiribus ille
Ille ſuis:nunquã ſæue ſperare nouercæ
Plus licuit:uidet axhauſtos ſudoribus artus
Ceruicẽq; uiri ſiccam cum ferret olympum:
Vtq; iterum feſſis iniecit brachia membris
Non aſpectatis antæus uiribus hoſtis
Sponte cadit:maiorq; accepto robore ſurgit.
Quiſquis ineſt terris infeſſos ſpiritus artus
Egeritur:telluſq; uiro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactæ ꝓdeſſe parentis
Alcides ſenſit ſtandum eſt tibi dixit:& ultra
Non credere ſolo:ſterniq; uetabere terra:
Hærebis præſſis intra mea pectora membris
Huc antæe cades:ſic fatus ſuſtulit alte
Nitẽtem in terras iuuenẽ morientis in artus:
Non potuit nati tellus permittere uires
Alcides medium tenuit:iam pectora pigro
Stricta gelu:terriſq; diu non credidit hoſtem
Hinc æui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas
Miratrixq; ſui ſignauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomina collibus iſtis
Pœnum qui latiis reuocauit ab arcibus hoſtẽ
Scipio .nã ſedes libyca tellure potito
Hæc fuit:en ueteris cernis ueſtigia ualli.

Romana hos:hæc loca fuerũt:ubi primũ Ro.carthagineſes uicerũt. Curio lætatus:hæc ubi dixit incola gauiſus ẽ Curio q̃ſi uictoriæ omen cõcepiſſet:ꝗ in ipſo loco caſtra poneret:ubi Scipio carthaginenſiũ uictor aliquãdo caſtrametatus erat. Fortuna:ſi oſtẽderet ſtulticiã ſui aĩ Curio q̃ſi felicitas locorũ eẽt quæ bello cõduceret nõ uirtus militũ. Ducũ priorũ.ſ.ſcipionis q ibi uictor fuit. Felici nõ fau.lo. q̃uis locus ille felix fuiſſet Scipioni:tamẽ ipſe in felicitatẽ cõſecutus ẽ ut inferius oſtẽdet. Non fau.uno uerbo totius rei exitũ declarauit:ſignificat.n.ipſum cũ exercitu fuiſſe deletũ. Indulſit:caſtrametatus ẽ ibi. Abſtulit omen:nã ibi Scipio uicerat:ipſe uictus ẽ.ut refert Suetonius in uita diui Cæſaris:felix & inuictũ in Africa fataliter Scipionũ nomẽ ferebaẽ:quo fuit ut cũ Cæſar Scipionẽ & Iubã pſequereẽ:deſpectiſſimũ quẽdã ex Corneliorũ genere ſecũ in caſtris habuerit ad eludẽdas uaticinatiões ĩ eodẽ loco. Omẽ felicitatis. Nõ æquis ui.qa inferior erat ſicuti declarabit. Oĩs ro.nũc dicit qũo uiribꝰ inferior erat hoſte curio.ſ.Ro.pfecto Attilio Varro:nã ut ãte dictũ Attilius Var.præerat africæ:nã puinciã illã Senatus populuſqꝫ Ro.ei demãdauerat quã cũ impio tenebat:aut teſte Apiano in eo loco p Pom.exercitũ ducebat:Nã ab initio copias Actilii Varri deſpitiões Curio ex q̃tuor legionibꝰ q̃s a Cæſare accepat duas tãtũ & qngẽtos eqtes biduo & tribus noctibuſ nauigatiõe cõſũpto ĩ africã aſportauit: ſed Attilius Varrus:licet cũ exercitu Ro. prouĩciã teneret:tamẽ Iubam regẽ Numidiæ populiqꝫ Ro.ſociũ ad ſuum auxiliũ cõtra Cæſarẽ uocauit. Africa ſignis.ſ.ps illa africæ quã carthagineſes aliquado cũ impio tenuerãt:nã uictis carthaginẽſibꝰ oĩs africa quæ ſub impio carthaginẽſiũ fuerat ĩ po.ro.deditionẽ uenerat ergo puincia ro.erat africa. Ceſſerat.i.uicta erat ab imparoribꝰ Ro. Libyæ gẽtis.i.Iubæ regis libyæ & Numidiæ. Nõ fuſior.declarat regna:qa uſqꝫ ad torridã zonã porrigebaẽ regnũ regis Iubæ.terræ cuius lõgitudo erat Athlas:Athlas mõs ẽ media arenarũ cõſurgẽs uaſtitate: & eductus ĩ uiciniã lunaris circuli ultra nubila caput tendit:qua ad oceanũ extẽdiẽ cui a ſe nomẽ dedit:manat fõtibꝰ:ut r̃fert Solinus:nemoribus inhorreſcit:ruribꝰ aſpaẽ:humo nuda:nec herbida qua Africã cõtra uerſus ẽ:felix naſcentibꝰ ſpõte frugibus:arboribꝰ pceris opaciſſimis: quarũ odor grauis:ueſtiunẽ lanugine ſericis uelleribꝰ nihil uilior Suetonius paulinus ultra Athlantẽ primus & pene ſolus Ro.ſigna circũtulit:Iuba Ptolemæi filius auctore Solino utriuſqꝫ Mauritaniæ regno potitus ẽ. Mediũ terminat hãmon:latitudinẽ torrida zona:quã mare occiduũ ab Africa ſeiungit. Cardĩe ab occi.qa lõgitudĩe regni ſui terminabat Athlas uſqꝫ ad gades .ſ.oceanũ. Gadibꝰ:ĩſulis balearibꝰ:a quibꝰ nõ procul gades in mari oceano Hercules poſuerat. A medio cõfinis ſyrtibꝰ hãmon:a mõte mediũ regni ſui terminabat:hãmon ẽ tẽplũ Iouis in Libya arenoſa ubi Iupiter in forma arietis coliẽ qa populo bacchi & populo ſuo ſitienti:cũ illac trãſiret ĩ forma arietis arenã pede percuſſit:& ſtatim ibi natus ẽ fõs:ut Iuppiter ammon.i.arenarius &c.hoc ergo tẽplo cĩgebatur mediũ regnũ Iubæ. Cõfinis ſyrtibus:qa ut refert Strabo lib.ultĩo circa puæ ſyrtis initiũ ẽ Thera urbs ppe quam eſt ammonis pmõtoriũ.Solinus cap.xl.dicit maiorẽ ſyrtim oſtẽtare oppidũ quod cyrenas uocãt: inter hoc oppidũ & templũ ammonis milia paſſuũ trecẽta eſſe. At qua:q̃ latitudo terminatur a torrida zona. Vaſto:pro uaſti:qa nimio feruore habitari nõ põt. Diſtinet.i.diſiũgit Libyam quia torrida zona inter Libyã & oceanũ poſita eſt. Exuſta calẽtis.i.exuſta loca feruidæ zonæ. Sufficiũt:ideſt finem imponũt ſpacio regni. Populi tot caſtra:ſi ſcire uis quot populos ſecũ traxerit Iuba.ſ.quibus ipſe impabat. Dolopes:populi qui meridiẽ uerſus habitãt. Numidæ uagi:uagos dicit nã ut libro ultimo refert Strabo cũ regione fœcũdã ĩciderẽt quãquã feris abundãtẽ:iis omiſſis & agri colẽdi ſtudio licẽtius inter ſe cõuertebãẽ.& regiõe feris dimiſſa:uagã & inſtabilẽ uitã agebãt:nõ ſecus: q̃ q ob inopiã & locorũ ſterilitatẽ & aeris inclemẽtiã eiuſmõi uitæ gẽus eligũt. Naſamões:populi q teſte Stra.primi ſterililẽ & aridã r̃gionẽ obtinẽt:poſtea pſylli & getulorũ ps & garamãtes: Paratus g.in.equo.unũ ſeqẽ ex reliquo:nã qa ĩculto utiẽ equo.iõ ſemp paratus ẽ.nã equũ aſcẽdũt ſine ſella ſine freno .Gætuli a uctore Strabone libro ultimo in penitiore regione libyæ montana ac deſerta tenent quæ quodãmodo diſperſa ſunt uſque ad ſyrtes.

Romana hos primũ tenuit uictoria campos
Curio lætatus tanquã fort una locorum
Bella gerat:ferue tque ducũ ſibi fata priorum
Felici non fauſta loco tentoria ponens
Indulſit caſtris:& collibus abſtulit omen.
Sollicitatque feros nõ æquis uiribus hoſtis
Omnis romanis quæ ceſſerat africa ſignis
Tunc uarii ſub iure fuit: qui robore quãquã
Cõfiſus latio:regis tamẽ undique uires
Exciuit libycæ gentis:extremaque mundi
Signa ſuũ comitata iubam:non fuſior ulli
Terra fuit domino:qua ſunt lõgiſſima regna
Cardine ab occiduo uicinus gadibus athlas
Terminat a medio cõfinis ſyrtibus ammon
At qua lata iacet uaſti plaga feruida regni
Diſtinet oceanum.zonæqꝫ exuſta calentis
Sufficiunt ſpacio: populi tot caſtra ſequũtur
Aut dolopes numidæqꝫ uagi. ſẽperqꝫ paratus
Inculto gætulus æquo tum concolor indo

Maurus.iops naſãon mixti garamãte puſto
Marmaridæ: uolucres æquaturuſq ſagittas:
Medorum tremulũ cũ torxit miſſile mazax.
Et gens quæ nudo reſidens maſſilia dorſo.
Ora leui flectit frenorum neſcia uirga
Et ſolitus uacuis errare mapalibus afer
Venator:ferriq ſimul fiducia non eſt
Veſtibus iratos laxis operire leones:
Nec ſolum ſtudiis ciuilibus arma parabat.
Priuatæ ſed bella dabat iuba concitus iræ
Nũc quoq quo ſupos humanaq polluit ãno
Lege tribunicia ſolo depellere auorum
Curio tentarat:libyamq auferre tyranno
Dũ regnum te roma facit.memor ille doloris
Hoc bellum ſcœptri fructũ putat eſſe retenti
Hac igitur regis trepidat iam curio fama
Et quod cæſareis nunquam deuota iuuẽtus
Illa nimis caſtris:nec rheni miles in undis
Exploratus erat:corfini captus in arce.
Indulgere moræ & tempus ſubducere fatis

auis amat tẽperatas regiones: ergo tẽpore æſtatis relinquunt ægyptum calidiſſimam regionẽ: & ĩ thraciam quæ in ſeptentrione eſt tranſuolant ubi eſt ſtrimon flu. diuerſo tempore hyemis: Grues ut ĩquit Solinus cap.qntodecimo excubias nocte diuidunt: ut eſomnis decima ſit queque: uigiles põduſcula digitis amplectunt̃:quæ ſi forte exciderint ſomnũ coarguant:quod cauendũ erit clangor indicat:arenas deuoratas nõ prius euomunt q̃ ſecure ſuæ ſedis fuerint:nigreſcunt ſenectute:& ſic ætas ĩ illis prodit̃ colore:uolantes autem per aerem ſuo ordine litterã Y imitantur: ſi uehementior uentus incubuerit diuerſas litteras imitantur eodem modo dicit perturbatum fuiſſe ordinem nauigantium. Primoq; uolatu:cũ primũ uolare ĩcipiẽt. Effingunt:formant uarias figuras lr̃aꝝ. Caſu mõſtrãte:qa tranqlle uolãt p aere. Percuſſit:ĩuaſit. Tẽſas alas.ſ. uolãtiũ. Altior:ab alto ĩflãs: Temere:ĩconſiderate. Littera: quã ãte imitabãt̃ a uẽto pturbata ẽ atq; cõfuſa. Diſpſis pẽnis:diſpſo uolatu. Cũ pri.r.dicit q̃ iter nauigãtes ĩtẽderũt:prĩo ĩnqt ad liſſum uenerũt: qđ ut inqt Strabo li.vii.oppidũ ẽ poſt ſinũ phizicũ:nõ lõge ab Epidãno quã Corcyrei ædificauer̃:deinde ad Nipheũ locũ celebre auctore Strabone ĩ Apolloniataꝝ finibus:ibi petra ẽ ignẽ uomẽs:cui fontes ſubſũt:qui aquas tepidas bitumẽq; ſcatẽt.Liſſo ãt ꝑerat octatilius dux ex põpeiãis ptibus. Redeũte die.i.cũ luceſcer& rediit uẽtus:& prĩo oppugnare tẽtar̃t Liſſũ oppidũ:qđ cũ oppugnare nõ poſſet deinde ad Nipheũ portũ rediere. Violẽtior aer:uehemẽtior uẽtus. Phœbeio ortu: luceſcẽte die qa uẽti mutant̃ ut plurimũ:& aeris q̃litas mutat̃ ĩ ortu & occaſu. Nudas aqlonibꝫ ũdas:qa deſinẽte borea auſter flare cœpat: nypheus erat ĩ ſimilitudine portus: & nullo uẽto pturbari põt:niſi a borea:deſinẽte ergo borea cũ flare cœpiſſet auſter a meridie:ibi naues qetũ portũ habebãt. Nudas.i.ab aqlonibꝫ liberatas. Succeper̃ bo. ideſt flãte auſtro. Vndiq; colla.nũc dicit qđnã cõſiliũ fuerit Põpeii poſtq̃ uidit ipſũ Antoniũ aduẽtaſſe cũ reliqs copiis:& nihil iã abeſſe:qn Cæ.pugnãdi copiã faceret cõſtituit uxorẽ ſuã Corneliã ſeiũgere:nã nũq tẽpus & occaſionem apiẽdi cõſilii ſui ĩueniebat ne pturbaret uxorẽ. In robur:ad roborãdũ exercitũ. Sũma diſcr.extrẽa picula. Inſtare:iminere ſuis fatis Seponer̃:ſepare. Leſboq; re.iã ĩ ſeceſſu poſita. Occuler̃:occultar̃. Procul:a ſe ipo. Heu q̃tũ mẽtes:q̃tũ inqt uiriũ hẽt neceſſitudo:quæ ẽ inter uiꝝ & uxorẽ:præſerti ſi utriuſq; mẽs æqua fuerit:nã etiã ĩ Põpeio maximã uim habuit:q tã&ſi ductor fortiſſimus eſſet: tamẽ nõ ſine moleſtia uxorẽ ſuam a ſe potuit ſeiungere. Dubium:nulla cauſa fuit quæ te fecerit ciuilia bella metuere præter uxorem. Quod nolles inſtare:ſola cõiũx fuit cã q; recuſares fortunã:quæ cõis erat nõ uni ciuitati:ſed toti mundo:qa uniuerſus terraꝝ orbis Romanis ſubiectus erat. Fata:fortuna impii. Mẽtẽ patã:dicere ſentẽtiã ſepandæ uxoris incipiebat quodãmõ ut o Cornelia:deĩde cũ ĩcepiſſet hoc uerbũ ĩgrediebat̃ aliã rationẽ:q̃uis patus eẽt plura dicere. Deſtituũt mẽtẽ.p.nũq ſibi ſuadebat hãc uolũtatẽ apire: quã ſciebat moleſtã futuram corneliæ uxori Trahẽtem:prolatantem:uel retinentem futura ſibi & uxori. Subducer̃.i. clam furari ſibi tempus.

Nocte ſub extrema pulſo torpore quietis
Dū fouet āplexu grauidū cornelia curis
Pectus:& auerſi petit oſcula grata mariti
Humentes mirata genas:percuſſaq; cæco
Vulnere: non audet flentē deprēdere magnū
Ille gemens:non nunc uita mihi dulcior inqt
Cū tedet uitæ:lœto ſed tempore coniunx
Venit mœſta dies:& quam nimiūq; parūq;
Diſtulimus:iā totus adeſt in prælia cæſar
Cædendum eſt bellis quorū tibi tuta latebra
Leſbos erit:deſiſte preces tentare negaui
Iam mihi non longos a me patiere receſſus
Præcipites aderunt caſus properante ruina
Sūma cadūt: ſatis eſt audiſſe pericula magni:
Meq; tuus decepit amor:ciuilia bella
Si ſpectare potes.nam me iā marte parato
Securos cœpiſſe pudet cū coniuge ſomnos
Eque tuo quatiunt miſerū cū claſſica mūdū
Surrexiſſe ſinu uereor ciuilibꝯ armis
Pōpeium nullo triſtē cōmittere damno
Tutior interea populis:& tutior omni
Rege late:poſitāque procul fortuna mariti
Non tota te mole premet:ſi numina noſtras
Impulerint acies:maneat pars optima magni
Sitque mihi ſi fata premāt:uectorq; cruētus
Quo fugiſſe ueli:uix tātum infirma dolorē
Cœpit:& attonito ceſſerunt pectore ſenſus

Nocte ſub extrema:Cornelia ignorabat quid agitabat aīo Pōpeius nocte.n.quæ ꝓceſſit diē ſepationis:cū uirū ſuū ut cōſueuerat āplecteretur:ille auerſus ē & gēitus& ſuſpiria nō poterat retinere: admirata eſt cornelia quaſi q̄ manu clā terſiſſet lachrymas eius & tamē ſe ſenſiſſe ſimulabat. Non audet:qa nō audebat oſtēdere Pōpeio ꝙ ſenſiſſet illū lachrymatē. Deprehēdere:imo deprehenderat: ſed ſimulabat deprehēdiſſe. Sub ex.nocte.i.circa ultimā ptē noctis. Pulſo torpore:qa pp ſolicitudinē quieſcere non poterat. Grauidū:plenū curis. Genas humentes:qa manus ad uultū cōiecerat. Cæco uulnere.i.occulto dolore: quia neſciebat cām lachrymarum. Dulcior.ſ.effecta ꝙ ſenſerit lachrymare pōpeium. Ille gemens:cū cornelia āplecteretur pōpeiū.& ille ab ea auerſus fleret poſtq̄ illa ſenſit uirū flentē: uultū lachrymis rigatū abſterſit:ſed Pōpeius eā cū gemitu in hunc modū allocutus ē. Mihi non uita:tenet locū exordii oratio hæc in qua ſuadet Corneliæ Pōpeius: ut uelit ab eo diſcedere:Beniuolam quoq; facit Corneliam: cū dicit de ſuo erga eā animo:& ſi quid ad eos pertinet q̄ audiūt referemus:nā ptinet ad eā quod dicit Pōpeius:uidelicet uxorē ſuā ſibi uita dulciorē fuiſſe:cum læta tempora forēt: & oſtēdit ſe inuitū aliqd dicere ꝙ ſibi moleſtū ſit futurū. Nō uita nūc dulcior: nō hoc tēpore cū me meæq; uitæ tedeat ſed dulcior. Læto tpe:fœlici & ſecundo. Vēit mœſta dies: oſtēdit ſe īuitū dicere qđ Corneliæ diſplicet: uidelicet neceſſariū eſſe ut a ſe diuellat & ſeparet. Nimiū:q̄tū ad belli rationē. Parū: q̄tū ad effectū: quia parū diſtuliſſe uideor ne ſepararer a te:ſed nimiū diſtuli: ut multo ante cū Cæ. confligerē: āteq̄ Antonius cū eo coniungeretur. Totus cæ. uidelicet coniunctis exercitibus:ergo cedendū eſt. Non longos: ſuadet a facili:uidelicet quia non diu ab ea diuulſus erit. Negaui.ſ.precibus tuis acquieſcere:iterdicit ne tentet:quod conceſſurus nō eſt. Præcipites aderūt caſus: uel in bonā uel in malā partē caſus terminabūt Properante ruina ſic.c. tranſlatio ſumpta ab ædificiis:quando.n.ædificia ſūt ſublime erēcta celeriter cadunt cum ruina īcubuerit: ſicut editiſſima turris caderet maxima celeritate:ita caſus in altum cum euecti ſunt nimia celeritate labuntur. Summa.i. omnia quæ ſumma ſunt. Satis eſt audiſſe:Sumit argumentum ab obſeruantia: ideſt a beniuolentia quam uxor in uirum habere debet ſi me amas non libenter intereſſe debes periculis noſtris:ꝙ ſi libenter intereſſes non uidereris me amare: ſicut fingis. Ciuilia bella:ideſt ſi forte bello ciuili uis intereſſe: ī quo ſalus noſtra periclitabitur. Tuus amor decepit me:ideſt minus a te amor q̄ putabam. Nam me iam:arguit a facili: nunc a modeſtia: quia continentis Imperatoris eſt nolle cum ſopore bella gerere: deinde etiam a patientia: uidelicet poſſe aliquid pati contra uoluntatem ſuam primum ergo a continētia Parato:inſtante bello. Sinu:amplexu. Claſſica:inſtrumenta belli. Quatiūt:cōcitāt:commouēt. Vereor:nunc a patientia:pati nolo īquit aliquid damnum ī gerendo bellum ciuile:illud autem erit mediocre:ut abs te patiar diuelli quam ſingulariter amo. Tutior interea:arguit ab utili:utile eſt iſtinc diſcedas in tutiorem locum: & tibi & mihi: nam ſi qua aduerſa fortuna fuerit: & ſi quid ſiniſtri contigerit: habebo quo me recipiam:ſi tu in tuto loco repoſita fueris. Poſitamque procul:quia ſi tu procul a fortuna non abſis:moles te omnino premet ut tantum uulnus ſuſtinere non poſſis ſed ſi procul eris:erit tibi leuior quecunque fortuna. Fortuna m.ſi forte aduerſa fuerit. Numina:ſcilicet aduerſa. Impulerint. fugauerint. Maneat: īcolumis ſit:quia ubi tu repoſita fueris ille locus mihi tutus erit. Vix tantum infirma:quia non ſperabat tale quicquam Cornelia:ideo uix pati potuit: ſicut dixit perferre querelas. ſi non potui ſperare.ergo non feram. Attonitos ſenſus: ideſt cecidit in ſyncopim uulgo in tranſſo.

Tādē uix mœſta:cū exanimis cecidiſſet:& ad ſe rediiſſet hæc uerba dixit:quæ ſequunt. Nil mihi de fatis:hoc quoq; obtiet ꝓhemii locū: quia ſua refert ī cōmoda: pp q̄ ad cōmiſeratione auditores cōmoueūs ad cōmiſeratione cōmouet:ueluti plebeia īquit deſeror a uiro meo:nec de fortuna ē ꝙ qcq̄ cōquerar:nā ſi a marito diuellerer morte:nihil eēt illi aſcribendū niſi fortunæ:at uero nō illi:ſed culpa tibi ſoli o cōiunx aſcribēda ē. Fatis ſupis.i.fatis ſuporū quia ſi mors īteruenerit cōquererer de fortuna:nō de te. Sūma:ultima. Sorte frequēti:quia frequēter nimis abs te diuellor. Sorte plebeia:fortūa. Dimiſſa:deſerta frequēter a uiro:quia plebeorum eſt relinquere frequēter uxoꝛs cū negociis īpediunt. Hoſtis ad aduētū:nūc arguit a pte iuris qd ē par:par ē ius qd īter oēs æquabile ē qd fit ex æquo & bono.i.iuſto & honeſto: honeſtū ē ut gratificemur amicis:nō autē inimicis: tu uero gratificaris nō amicis:ſed inimicis: arguit a cōtrario:cū noſtra cōiunctio diſplicet Cæſari:ergo eidē noſtra diſiunctio placet qd eſt cōtra ius æquabile. Tedæ: coniugii. Placemus ſocerū mitigemus Cæ.qui iratus ē ꝙ cōiuncti ſumus. Sic eſt tibi.c.a fide cōiugi plane arguit quia fides cōiugalis eiuſmodi debet eē ut oīs fortūa utriuſq; cōis ſit: ſed me uis a fortuna cōi ſeiūgi dū uetas me īterеſſe caſib9 tuis Tutius eē:id qd tibi tutū nō eſt nec mihi quidē. Nō pēdemus.i.nō pēdere īcipiamus cū cōiūcti ſumus cōiugio. Fulminib9 me.o ſæue Pōpei: nūqd uis tuū caput tuāq; ſalutē exponere pīculis me adſēte. Iubes.ſ.uis. Fulminib9.ſ.belli. Secura uidet: quia Pōpeius ſupius dixerat ipſā ī Leſbo tutiſſimā fore. Reſpōdet ꝙ ſecurū tu appellas id mihi miſerrimū eſt. Sors tibi cū facias: Senſus eſt mea uota ſunt non ut poſt te miſera uiuā: ſed tecū moriar.q̄bus uotis nūc reſiſtis cū me ſpes a præſentia tua diuellere. Seruire:uidelicet nō poſt te. Malis:uiuēdo poſt te. Morte parata: qa prōpta ſū mori tecū: ideo facis ut mea uota peant. Supſtes: quia ſi nihil aliud aderit:ſaltē tibi ſupſtes ero: dū fama triſtis ad me pferet. Adde ꝙ aſſueſcis: Refellit dicta pōpeii Cornelia:tu me reponere cōſtituiſti ī inſulā Leſbō: ut ibi tuta ſim:ego uero nō tuta mihi uideor eē: ſed miſerrima cū abs te diſiuncta fuero. Accedit ꝙ me ſenſi docebas poſſe carere tui:quo ego minime uellē:nā fatebor: tīeo ne pati poſſim hoc poſt pl̄ia:ſed cū tu me ſeiūgas abs te paulatī efficies qd mihi nūc intollerabile uidet. Aſſueſcis:aſſuefacis me. Fatis tuis aduerſis ut poſſī tua fata quecūque fuerint ferē cū abs te ſeiungar. Tātūque dolorē.ſ.qtū ex morte tua caperē ſi qd tibi aduerſi cōtigerit. Ignoſce fatēti:fateor ꝙ timeo ne poſſim pati mortē tuā. Quđ ſi ſūt uota:utit dialemate:ꝙ ab utraq; pte cōcludit:neceſſe ē.n.alterū duorū fieri: aut uinces aut uiceris: ſi tu uiceris ego tibi ſupſtes ero:& ſi tu cū executu tuo uiceris hoc īcōmodi cōſequar:nā aliq̄diu poſt te uiuā.ſi uinces ego poſtrema gaudebo:hoc incōmodi hēbo ex abſētia tua:ꝙ ſi eſſē fortunæ tuæ ſocia:nec poſſē uiuere poſt te. Euētus:ſuceſſus. Deis audior.i.ſi dii mihi ꝓpitii fuerīt ut preces meas exaudiāt. Solicitā rupes:ēt ſi uictoriā ex hoſtib9 cōſecutus fueris:timebo tamē rupes & ſcopulos:ne nauis nūcia uictoriæ tuæ ī ſcopulos illiſa frāgat:& cū ad me uenerit ſine pīculo nō ero:nā Cæſ.ēt fugiēs Leſbo poterit cōuertere curſū & uī aliq̄ īferre Corneliæ. Rupes:ſcopuli maris. Fata.i.fortunā tuā. Ferāt puppī .i. ne frāgat ſcopulis. Non ſoluēt audita metus:ēt ſi nūcius uenerit:oīa tibi feliciter ſuceſſiſſe:non tamē ſine metu ero: ne Cæſ. fugiēs huc aliquid incommodi nobis inferat:ſciet enim uxorem pompeii hic poſitā. Vacuis:deſertis locis:uidelicet in inſula Leſbo. Vel.pro etiam. Noteſcent ſydera clari:dicere poſſes:neſciet Cæſar ubi ſis:ſed hoc fieri non poteſt:uidelicet ut locus ille obſcurus ſit:ubi religata fuerit uxor pompeii. Clari nominis:corneliæ. Ibi in īſula Leſbo: ubi eſt mitilenæ:inter methynnam & maliam iacens ciuitas maxima: quæ a Malia diſtat ſtadiis ſeptuaginta:ut inqt Strabo:libro tertiodecimo. Mitileneas:ſcilicet urbs Leſbi.

Tandē ut uix mœſtas potuit pferre querelas.
Nil mihi de fatis thalami:ſupiſq; relictum eſt
Magne quæri:nr̄os nō rūpit funus amores.
Nec diri fax ſūma rogi:ſed ſorte frequenti
Plebeiaq; nimis careo demiſſa marito
Hoſtis ad aduētū rumpamus fœdera tædæ
Placemus ſocer̄:ſic eſt tibi cognita magne
Noſtra fides:ʻ credis ne aliquid mihi tutius eē
Quā tibi:ʻ non oli caſu pendemus ab uno:ʻ
Fulminibus me ſæue iubes:tātæq; ruinæ
Abſentem preſtare caput:ʻ ſecura uidetur
Sors tibi cum facias etiam nūc uota periſſe
Vt nolim ſeruire malis:ʻ ſed morte parata
Te ſequor ad manes:feriat dū mœſta rmotas
Fama procul terras uiuā tibi nempe ſupſtes.
Adde ꝙ aſſueſcis fatis tātumq; dolorem
Crudelis me ferre doces ignoſce fatenti
Poſſe pati timeo:ꝙ ſi ſunt uota deiſque
Audiet euentus rē ſci& ultima coniunx
Sollicitam rupes iam te uictore tenebunt.
Et puppim quæ fata fer& tā læta timebo.
Nec ſoluēt audita metus mihi proſpa bella
Cū uacuis proiecta locis a cæſare poſſim:
Vel fugiēte capi noteſcent littora clari
Nominis exilio:poſitaq; ibi coniuge magni:
Quis mitileneas potuit neſcire latebras:ʻ

Hoc precor extremum: Adhuc refellit quod dixit Pompeius:uidelicet ut ſit locus tutus quo me cõferre poſſim:ſi quid aduerſi contigerit:illa econuerſo dicit ſi uictus fuerit quocunꝗ potius nauiget q̄ ad inſulam leſbon:qui ubi Cornelia erat eo coniiciet Cæſar Pompeium ſe contuliſſe amore coniugis ſuæ. Deflecte q.c.ſ.q̄ ad inſulam leſbon. Victa arma:ꝗ uictus fueris.ſ.a Cæſare. Tutius fuga:ut ſalutẽ tuã niſi in fuga conſtituas. Commiſeris undis.i.ut nauiges ad aliquem locum tutiorem. Infauſtã:infelicem id eſt uictam. Quærere:pro ris.a Cæſare. Sic fata re.hæc ubi dixit Cornelia ſtatĩ ſurrexit e ſtrato:ubi cum pompeio quieſcebat:& noluit animi ſupplicium curãꝗ differre quãdo ſemel erat diſiungenda a pompeio:ſtatim hoc facere ꝓperauit:& auertit ſe ab illius conſpectu:poſthac uero pompeiũ non uidit:donec uictus fuit a cæſare. Exiliit:ſurrexit. Tormenta:abſentiæ uim. Nulla mora:quia ſtatĩ ab eius conſpectu aufugit. Non mœſti pectora: non ſuſtinuit amplexũ põpeii:nec brachia collo circũdedit:ut conſueuerat. Precipitãtꝗ ſuos luctus: feſtinãt ſeparationẽ:quæ utriuſꝗ luctus cauſa erat.

Neuterꝗ recedẽs:& cum ſepararet̃ uir ab uxore nec illud dixit qđ extremũ dici ſolet:uidelicet uale Vitamꝗ per oẽm:per õe uitæ tempus:quo Pom. & Cornelia diſiuncti ſunt:nullũ diẽ tã moleſtũ uiderũt. Nam cætera dãna:quia poſt cladẽ acceptã iã aĩus indurauerat:ut fortius fortunã aduerſã pateret̃.magna res ẽ q̄do aliquis ſẽp fortunã ſecundam habuit:ſi qd aduerſi contigerit:id grauius & moleſtius fert.at uero cum aliq̄s aliquãdo fortunam aduerſã expertus fuerit:firmior factus leuiorẽ exiſtimat fortunã quæcũꝗ fuerit. Durata mente.i.forti animo. Labitur iſelix:q̄a exanimata ẽ ꝓpe modum abſẽtia uiri. Manibus excepta:intra manus ſuoꝝ ſuſcepta. Fertur ad æquor:ut naue impoſita uehat̃ ad inſulã leſbon. Littora:ubi parata nauis erat. Illata:ĩpoſita. Non ſic infelix:dicit maiore dolore diſceſſiſſe ab Epiro corneliã:q̄ diſceſſerat ab urbe roma:quia cũ diſcederet a pr̃ia comitata eſt pom.nũc uero diſcedẽs ab epiro ſola uirũ ſuũ relinquere cogebat̃. Heſp̄ios:italos. Fida:quæ nunq̄ uirũ ĩ ulla fortuna deſeruit. Inſõnis:ſine ſõno:quia tota nocte uigilauit. Inſueta quies uni:q̄a nõ ſola:ſed ſociata dormire cõſueuerat. Vacuũ.ſ. uiro ſuo. Deceptis.m.q̄a oblita erat uiri ſui abſẽtiam:quem cũ amplecti crederet lectum uacuũ amplectebatur. Fuge:q̄a ſõno oblita erat a uiro ſe diſiunctã eẽ. Nã q̄uis flãma:q̄uis ĩq̄t arderet amore Pom.Cornelia:tamẽ locũ ĩ quo iacere conſueuerat Põ.relinq̄bat uacuũ:iõ q̄ſi oblita mariti ſui abſẽtia locus ille ab illa uacuus relinq̄bat̃. In toto cubili; ut totũ lectũ luſtrar&. Pars illa:in qua ſolebat iacere uir. Caruiſſe timebat põ.nemo timet qđ euenit:ſed qđ euẽturũ ẽ.i.abſtinebat ſe ab eo loco tã q̄ incerta an Pom.adeſſet. Nõ tã læta.i.cõparatiõe ſui ꝗ ſatius fuiſſ& q̄ a Cæſare uĩci:ſed uinci a Cæſare fecit: ut Pompeio Cornelia non carer&:quia ſtatim ut uictus eſt Pompeius ſe cotulit ad Corneliam:quia hora inſtabat.

Hoc precor extremũ ſi nil tibi uicta relinquẽt
Tutius arma fuga:cũ te cõmiſeris undis
Quolibet infauſtam potius deflecte carinã
Littoribus quærere meis:ſic fata relictis
Exiliit ſtratis amens:tormentaꝗ nulla
Vult differre mora:nõ mœſti pectora magni
Suſtinet amplexu dulci non colla tenere:
Extremuſꝗ perit tam longi fructus amoris:
Præcipitantꝗ ſuos luctus:neuterꝗ recedens
Suſtinuit dixiſſe uale:uitamque per omnem
Nulla fuit tam mœſta dies:nã cætera dãna
Durata iam mente malis firmaꝗ tulerunt.
Labitur infelix:manibuſque excepta ſuoꝝ
Fertur ad æquoreas ac ſe proſternit harenas
Littoraꝗ ipſa tenet tandẽꝗ illata carinæ eſt.
Non ſic infelix patriam portuſꝗ reliquit
Heſperios:ſæui premerent cum cæſaris arma
Fida comes magni uadit duce ſola relicto:
Põpeiũque fugit:quæ nox tibi proxĩa uenit
Inſomnis uiduo tunc primũ frigida lecto.
Atque inſueta quies uni:nudumꝗ marito
Non hærente latus:ſomno quã ſæpe grauata
Deceptis uacuum manibus cõplexa cubile ẽ.
Atque oblita fugæ quæſiuit nocte maritum:
Nam q̄uis flamma tectas urgẽte medullas.
Non iuuat in toto corpus iactare cubili
Seruatur pars illa thori:caruiſſe timebat
Pompeio:ſed non ſuperi tam læta parabant.
Inſtabat miſeræ:magnumꝗ redderet hora.

Lucani Liber Sextus.

p Oſtq̄ caſtra duces pugnæ iã mente ꝓpinqui:Hic liber ſextus incipit:in quo continetur qũo poſitis ꝓpe caſtris ad alorẽ fluuiũ a Cæſare:teſte Apiano:& a Põpeio ad dyrachium:properabat Pompeius:ut expeditionem ſenſim poteſtatem certandi ac decertandi Cæſari fecit:eductis in aciem copiis:quod cum recuſaret Cæſar a brunduſio uenturos milites expectãs:deide iter dyrachium tendit:qũo etiam ſecutus eſt Cæſarem Pompeius:& cum illũ præuenire nõ poſſ&:ut cupiebat caſtra ad locum poſuit:qui appellatur Petra:eo etiam Cæſar ſe contulit:iã Cæſari tunc exercitus

omnis in unum aderat:ut refert Apianus:Aderat uiciſſim & Pom.& adinuicem i colle quodam magnis præſidiis caſtra habuerunt.Et cum Pom.ſe ſuis locis teneret:ſtatuit eũ Cæſar munitionibus circũdar̃:ne inde exire poſſ&:ſed quũ maiore inopia laborar& Cæſar q̃ obſidebat q̃ Pom.qui obſidebatur:nõ potuit tamen Pompeius hãc indignitatẽ ferre:ſtatuitq̧ erũpere cũ exercitu:ut Cæſari obuiam uenir&:ſimulque cõmiſſa pugna cũ Sæua ꝙ ſupra humanum quidẽ egregie pugnaſſ&:tandem cõfecto eo uulneribus:in fugam cæſariani conuerſi ſunt:& eo uſque ad caſtra pompeiani perſecuti ſũt:unde eo die ſi uoluiſſ& Pom.

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER SEXTVS

POSTQuam caſtra duces pugnæ iam mente propinqui
Impoſuere iugis:admotaque cominus arma:
Parq̧ ſuum uidere dei capere omnia cæſar
Mœnia graioꝶ ſpernit:martemq̧ ſecundũ:
Iam niſi de genero fatis debere recuſat.
Funeſtam mundo uotis petit omnibus horã
In caſum quæ cuncta ferat:placet alea fati
Alterutrum merſura caput:ter collibus oẽs
Explicuit turmas.& ſigna minantia pugnam
Teſtatus nunq̃ latiæ ſe deeſſe ruinæ.
Vt uidet ad nullos exciri poſſe tumultus
In pugnam generum:ſed clauſo fidere uallo
Signa mouet tectuſq̧ uia dumoſa per arua
Dyrachii præceps rapiendas tendit ad arces
Hoc iter æquoreo præcepit limite magnus
Quẽq̧ uocat collem taylantius incola petrã
Inſedit caſtris:ephyreaque mœnia ſeruat
Defendens totam:uel ſolis turribus urbem.
Non opus hãc ueteꝶ:nec moles ſtructa tuet̃
Humanuſque labor facilis lic& ardua tollat.
Cedere uel bellis:uel cũcta mouentibus ãnis.
Sed munimen hab& nullo quaſſabile ferro:

d̃ Cæſ.& exercitu ſuo actũ fuiſſ&:Apia.uero refert Cæ.dixiſſe ea die bellũ finẽ hituꝶ fuiſſe:ſi hoſtis uictoria uti ſciuiſſ&:Pom.ꝙ bellũ uno ope cõficer̃ cõſtituiſſe:niſi a Lauinio ꝓhibitus fuiſſ&. Iugis:dyrachinis. Admotaq̧ co.ar.i.cõſtitutis ꝓpe caſtris:cõſtiter̃ utriq̧. Parq̧ ſuũ u.d.i poſtq̃ dii uiderũt Cæ.& Pom.pares ſibi:quia dii ſolum dominãt̃ in cælo Cæſ.& Põ.dominãtur i terra. Mœnia graiorũ:qa ſi uoluiſſet:facile erat:ſed ad id animũ intẽdebat:i quo ſũma reꝶ.i.imperiũ ſteterat:uidelic& ut Pom.uicer&. Marteq̧ ſecũdũ:quãq̧ fata ſibi ꝓpitia eſſent:tamẽ nihil cedere ſibi exiſtimabat:niſi pom.uicer&. Et niſi de genero:licet cætera ſecũda eſſent tamẽ nõ exiſtimabat ſe fatis obligatũ. Funeſta mũdo:hãc horã:quã bella ciuilia cõmittenda eſſent:uniuerſo orbi funeſtã tota mẽte petebat. In caſum:in dubium. Alea fati:fortuna belli. Placet.ſ.qa ad extremũ uenire ꝓperabat. In collibus oĩs.aſpagus ẽ agri dyrachini locus:in quo caſtra Põ.poſuerat:eodem cæſar cũ oĩbꝫ copiis expugnato oppido pthinoꝶ ꝓfectus haud ꝓcul ide caſtra poſuit:& cũ exercitũ e caſtris duxiſſ& ſtructa acie Põ.decernẽdi facultatẽ fecit:at ubi Põ.ſe ſuis locis d̃tineri aĩaduertit cũ exercitu ꝓficiſci inſtituit ad ipſũ oppidũ dyrachiũ ſperãs Põ.haud ꝓcul in caſtris exiturũ eſſe:aut illũ intercludere poſſe:ꝙ dyrachii oẽm cõmeatum belliq̧ apparatũ Põ.repoſuerat:nec Cæſ.fefellit opinio:nam ubi e caſtris ſcſit Pom.illũ exiſſe:ipſe breui itinere p mare nauigauit:ut ei occurreret:nã Cæ.difficiliori & arduo magis itinere ibat:ſed ubi conſilium illud nõ ceſſit i aliã partẽ auerſus ẽ:nã locũ q̃ petra dicit̃ ignem emittẽtes:ut refert Strabo haud procul a mœnibꝫ dyrachii cepit:ubique Põ.caſtra poſuit:eodẽ cæſ.ꝓfectus eſt Põ.aliquas longaꝶ nauiũ eo conuenire iubet.nã locus ille mediocris erat nauigationi.Ex omniq̧ aſia & regionibꝫ:quas Põ.tenebat cõmeatũ eo cõportari iuſſit:id ubi cæ.uidit munitionibꝫ clauder̃ cõſtituit:ſed tamẽ paꝶ ſibi ꝓfuit. Explicuit tur.i.extẽdit aciẽ:& pugnãdi facultatẽ pom.fecit.Turmæ ꝓprie ſunt eqtũ:ſed abuſiue peditũ dicũt̃ ut hoc loco.Turma ẽ lxxxx.eqtũ multitudo quaſi ter una ꝙ ex una quaq̧ tribu terdeni eligebãt̃. Signa:uexilla:aqlas. Teſtatus ſe.n.d.i.patũ eſſe i italiã reuertere:ſi facultas darẽt. Ruinæ la.nã ea futura erat ruina belli ſicuti fuit. Vt uid& ad n.cæſ.ubi aliquotiẽs tẽtauit:an pom.uellet ſe ꝓmittere pugnæ poſtq̃ id nõ pfecerat:arduo ac difficili itinere iter dyrachiũ intẽdit. Tumultꝫ.quotiẽſcũq̧ tumultꝫ cæſar moueret eos puiſaciebat põ. Signa:caſtra mou&. Tectuſq̧ u.qa difficili itiner̃ dyrachiũ petiit. Dũoſa p ar.unũ ſeqt̃ ex altero:qa dumoſa iõ tecta uia incedebat. Preceps:hoc iõ fecit cæſar:ut alteꝶ ex duobꝫ ſequeretur uel e caſtris exir& pompeius:uel ut ipm dyrachio intercluder&:ubi cõmeatũ & omne belli apꝑatũ pompeius collocauerat. Taylantius:tayllãtii pthini & phrygi ſup epidãnũ ſiue dyrachiũ & apolloniã ſedes hẽnt uſq̧ ad ceraunеos mõtes:ut refert Strabo li.vii. Ephyreaq̧ m.i.dyrachii. Vel ſ.t.aqs.qa ſine ꝓpugnatione & defẽſione locus ille p ſe mũitus & expeditꝫ erat. Nõ opꝫ:nõ hũana manu mũitũ erat:ſed natali ſitu:nã q̃ hũano labore cõſtruũt̃:lic& ardua ſint:tamẽ cedũt:uel bellis:uel uetuſtate tpis:ſꝫ q̃ natalia ſũt ꝑpetuo durãt. Hãc:urbẽ dyrachii. Annis.i.uetuſtas lõgiꝫ ꝓceſſerit. Ardua t.i.ſi hũano labore

műita fuerit. Naturā ſ.q̧ l.i.naturalē ſedē loci ēdiadis ē. Clauſa p.niſi ab una pte qua collis quo oppidū cōtinēti terræ cōiungit̄:& tūc deſinit eē iſula. Nō ē iſula:ſed urbs. Terribiles ratibꝫ:ē cōdita i rupibus adeo altiſſimis ut q nauigant ſuſpiciētes altitudinē mœniū admiratiōe quadā attoniti ſint. Terribiles cautes:nō ſolū admiratiōe ſed piculi timore:qa ſi muri caderēt naues frāgerent̄. Ioniūq̧ furēs:ūdæ Ionii maris:quæ uētis ipellunt̄ tātū terrorē icutiūt:ut tēpla & oīa mœnia cōcutiāt. Furēs.ſ.uētis pturbatū. Spumatq̧ i culmina.i.uſq̧ ad culmina tectorū erigit̄. Huc auidā belli:poſtq̄ uidit ſe loco tutiſſimo tenere Pōpeiū Cæ. nec īde educi poſſe ad pugnā cōſtituit illū munimētis claudere ut īde exire nō poſſet. Vt uaſtis collibꝫ:qa late loca patebāt:ubi Pō.caſtra poſuerat:ergo conſtituit il'ū munimētis claudere. Metitur terras:q̄tū pſpectus erat. Nec ceſpite tātū .i.nō ſatis habuit Cæſ.circūcludere pō. Aggere terræ: ſed muris lapideis cingere parat. Ceſpite : terra cū radicibꝫ imixta. Metallis:iſtrumētis ferreis:ut dolabris pilis. Diruptaque mœnia tr. mœnia q̄ oppugnādo euerterat uiſa ſūt idonea ad hæc munimēta cōſtruēda. Extruit̄.ſ.munimentū: qđ ualidū eſſet ad mœnia urbis ſtruēdæ. Aries: genus machinæ bellicæ. Machina:iſtrumētū belli gerēdi: Frāguntur mōtes:ſi collis obſiſteret frāgebat & mœnia cingebat & p mōtes ducebat muros. Turrita caſtella: ipſius urbis Magnoq̧ re. clau .ſ. & tantū terra circūdabat: ut lucos & ſyluas ſimul cū feris clauderet. Receſſus dr̄ locus ſeorſū poſitus qa procul a caſtris Pō.munimēta hæc ſtruebat. Nemoroſaq̧ teſq̄:aſpera & iculta loca appellauit. Vaſta īdagine.hoc dixit ad feras reſpiciēs:qa indago dr̄ circuitus retiū cū feræ clandunt̄ ne q̄ exir̄ poſſit. Nō deſūt cāpi:q̄uis Ce.circūdederit Pō.ūdiq̧ munimētis ualidis ut nō uideret̄ exire poſſe: tamē ita late patebat cāpus ubi cōſtiterat:ut nec pabula eqs deeſſet:cōmeatus lōgis aliquot nauibꝫ ex oī Aſia & r̄gionibꝫ:quas pōpe.tenebat cōportari iuſſit:quod & nūc pſequit̄. Mutāt.ſ.tantū q̄tū cāpi patēt. Flumina:huc ēt aquatū mitter̄ eq̄tes poterat. Illic in una pte ſpacii. Illic.i alia pte tantū ſpaciū erat: ut ibi fōtes eſſet fluuiorū: & p alueos ſuos i alios fluuios diſcurrerent. Merſa cū deſcenderēt per alueos fluuii. Operūq̧ ſūma : Cæſar quia tā lōga munimēta duxerat:caſtra in medio poſuerat:ut extrēa reuiſere poſſet: uidelicet pricipiū & finē. Sūma: principiū & finis dicuntur ſūma alicuius rei. Operꝝ:ideſt munimentorū. Intermanet agris:ideſt in mediis agris caſtra ponit:ut eorum extema reuiſere poſſit. Nunc uetus iliacos Lucanus hic quaſi reprehendit poetas qui mœnia urbis Troiæ nimium extulerunt laudibus ꝙ uidelicet magni ambitus fuerint cum comparatione omnium munimentorum breuia admodum fuiſſent q̄ dicantur. Vetus fabula : audeant inquit ueteres poete muros troianos laudibus efferre ꝙ dicant quadratam fuiſſe urbē troianam:&. xxxx milia paſſuum occuparet. Aſcribatque deis: ꝙ tam magnifica illa ædificia eſſent ut uiderentur : non ope humana eſſe conſtructa:ideo deos uidelicet Apollinem Neptunum Laumedonti auxilio fuiſſe cecinerūt. Fragili re. teſta:admirētur etiam mœnia Babyloniæ:quam Semiramis cixit lateritiis muris:ideo fragili teſta dixit.

Refugi parthi:quia fugientes ſagittas in hoſtes remittunt. En quantum tigris:quantum libet admirentur:tamen uideant ſubito & quodam tumultu tantum ſpacii clauſum a militibus cæſaris eſſe quantū ſatis eſſet Regno aſſyriorum:ubi Reges ſedem ſuam poſuerunt. Raptum:ſubitum. Tantum .ſ. clauſit opus. Tigris flu.eſt Meſopotamiā amplectens. Orontes:flu.eſt Syriæ q̄ Anthiochiā preterlabit̄ : cū prius tiphon diceret̄: mutato noīe ab illo q i eo pontē fecit Orōtes eſt appellatus ut iq̄t Strabo libro.xvi.

Naturā ſedemq̧ loci:nā clauſa profundo
Vndique precipiti:ſcopuliſq̧ mouētib.æquor
Exiguo debet quod nō eſt inſula colli.
Teribiles ratibus ſuſtētant mœnia cautes:
Ioniumq̧ furens rapido cū tollitur auſtro
Tēpla domoſq̧ quatit ſpūatq̧ i culmia pōtus
Huc auidam belli rapuit:ſpes improba mētē
Cæſaris:ut uaſtis diffuſum collibus hoſtem
Cingeret ignarū ducto procul aggere ualli
Metitur terras oculis:nec ceſpite tātum
Cōtentus fragili ſubitos attollere muros
Ingentes cautes:auulſaq̧ ſaxa metallis:
Graiorumq̧ domos dirutaq̧ mœnia tranſfert
Fxtruitur quod non aries impellere ſæuus:
Quod non ulla queat uiolenti machina belli
Frangūtur mōtes:planumq̧ p ardua cæſar
Ducit opus:pandit foſſas turritaque ſummis
Diſponit caſtella iugis:magnoque receſſu
Amplexus fines ſaltus nemoroſaque teſqua
Et ſyluas uaſtaſque feras indagine claudit.
Non deſunt cāpi :non deſunt pabula magno
Caſtraque cæſareo circūdatus aggere mutat
Flumina tot curſus illic extorta fatigant
Illic merſa ſuos:operꝝque ſūma reuiſat
Defeſſus cæſar mediis intermanet agris.
Nunc uetus iliacos attollat fabula muros.
Aſcribatque deis:fragili circundata teſta
Mœnia mirentur refugi babylonia parthi:
En quātū tigris:q̄tum celer ambit orontes

Aſſyriis populis:qa Aſſyria ē i oriēte: ubi Ninus rex regnauit. Tanti piere labores: ſed tamē q̄uis tātū opus fecerit Cæſ. oīa icaſſū piere. Tot potuere manus:q̄tū utilitatis potuerūt afferre labores Cæſ. q nūc pierūt:ſi ī re utiliori cōſūpti fuiſſēt. Seſton abydo:qa īter ſeſton & Abydon helleſpontus ē q ꝓhibet hæc duo oppida:ut ſine icōmodo illuc nauigari non poſſit.i.potuiſſet Helleſpontū iūgere ponte: ut ſine nauigio ab altero oppido ad alterū nauigari poſſet. Abydos urbs eſt Aſiæ:& Sextos Europæ:ut refert Solinus ca.xv. Elidere.i.interrūpeꝛ. Phryxeū.i.helleſpontū:ī quo helles ſūmerſa ē:ſed poetæ de propinquo noīa

Aſſyriis quantū populis telluris coæ
Sufficit in regnū ſubitum:belliq; tumultu
Raptum clauſit opus:tanti periere labores
Tot potuere manus adiungere ſeſton abido:
Ingeſtoq; ſolo phryxeū elidere pontū
Aut pelopis latis ephyrē abrumpere regnis:
Et rauꝰ longæ flexus donare maleæ
Aut aliquē mundi quanuis natura negaſſet
In melius mutare locū:coit area belli:
Hic alitur ſanguis terras fluxurus in omnes
Hic & theſſalicæ clades:lybicæq; tenentur
Aeſtuat anguſta rabies ciuilis harena.
Prima quidē ſurgens operū ſtructura fefellit
Pōpeium:ueluti mediæ qui tutus in aruis
Sicaniæ rapidum neſcit latrare pelorum:
Aut uaga cū tethys:rutupinaq; littora feruēt
Vnda chaledonios fallit turbata britannos
Vt primum ſeptas uaſto uidet aggere terras.
Ipſe quoq; a tuta deducens agmina petra
Diuerſis ſpargit tumulis:ut cæſaris arma
Laxet:& effuſo claudentem milite tendat.

uſurpare ſolēt:ſic Virg. Dardanū ꝓ Theucro poſuit. Ingeſto ſolo.i.cumulata terra: ut pōtus obrueretur. Aut pelopis:aut potuerunt corīthū urbē nobiliſſimā a Peloponneſo ſeparare. Ephyren: nā Corīthus ciuitas Pelopōneſſi antea Ephyre dicta ē: ut libro quarto a Plinio oſtēdiꝛ. Latis regnis pelopis: .i.a pelopōneſſo: ubi regnū fuit pelopis:nā pelopōneſſus dꝛ a pelope nyſſos.i.inſula Pelopis auctore Strabone lib.vii.ex phrygia ducto ſecū populo ab ſe pelopōneſſo nomē indidit. Lōgæ maleæ:qa malea ē ꝓmontoriū laconiæ:qđ qnquaginta milia paſſuū īfra mare ꝓtendiꝛ:adeo īpellens undas ut naues ꝓſequi uideatur: ad id niſi longo ābitu perueniri pōt a nauigātibꝰ: ideo dicit potuiſſe pficere:ut ad hoc ꝓmōtoriū a nauigantibꝰ facili ābitu & ſine nauigatione perueniri poſſet. Aut aliquē.ſ.locū potueꝛ cōtra naturā meliorē faceꝛ. Coit area belli:ad hoc tātū ꝓfuerūt ut cohercerēt milites:q hoc ipſo īdignabanꝛ magis & ad bellū īcitabanꝛ:ut ſanguinē effunderet. Coit: ꝓ īcludiꝛ. Area belli:ſpaciū ī quo bellatores cōtinenꝛ. Terras fluxurus ī oēs: qa ex omni pte orbis terrarū īterfuere populi huic bello ciuili. Theſſalicæ clades:uidelicet eorū q cū Pōpeio cæſi fuerūt Libyæ: eorū q deīde ī Aphrica cū Catone pierūt Aeſtuat: īcendiꝛ. Anguſta arena: ī āguſto ſpacio littoris Ionii:uel ad ſimilitudinē arenæ: arena diciꝛ q̄ſi īcluſi eſſēt cauea. Prīaqdē:adeo remota erāt munimēta:ut nihil oīo Pō. cū exercitu ſēſerit. Surgēs: criſcēs. Veluti mediæ:quēadmodū q in Sicilia habitāt:ēt ſi pturbatū fuerit mare ſiculū: tamē nō ſētiūt maris pturbationē:ita Pom.q̄uis circūdaretur munimentis a cæſare tamen non ſētiebat. Rapidum pelorum:ideſt Syllam q̄ iuxta pelorum eſt. Virgilius: Dextrum ſylla latus:leuum implicata charybdis.nam pelorus mons qui cum apennino continuatur:poſtea uel terrꝛmotu:uel aſſiduo fluctu maris interruptus ē:& quū Siciliā ab Italia diuiſit fecit duo piculoſa nautis loca:Syllā atq; carybdī:a dextra ſyllā:a ſiniſtra carybdī. Latrare:qa hæc ſylla puella fuit:& cū deſcēdiſſet in fōtem uenenis a circe imbutum ſtatim hiſpidæ partes conuerſæ ſunt in canes: illa ipſius terrore percuſſa ſe coniecit in undas:& locū illū fecit nautis periculoſum. Neſcit:ideſt non audit. Aut uaga cū Tethys:circa Britāniam mare oceanum eſt:quod aliquando fluxum aliquando refluxum facit: adeo ut ī genti terræmotu inſula propemodum terreatur:præterquā in interiore inſula habitant. Rutupina: nā rutupinum eſt promontorium Britanniæ. Vnda chaledonios: mare turbatum illi quidem ſentiunt: at uero qui in chaledone interiori oppipo britanniæ incolunt:nihil omnino maris illam tempeſtatem ſētiūt. Tethys.i.oceanū mare. Chaledōios:Chaledon & chalydon is.differūt. nā chalydon ē ciuitas Etolorū:q̄ quōdā Græciæ tutamē erat:ut.x.libro Strabo refert:at uero Chaledon:ut refert Pli.libro .iiii.ē inſula Britanniæ interioris:a Chalydoniæ ꝓmōtorio thyleni petētibꝰ bidui nauigatio ē pfecta:ut refert Solinus ca.xxxiii. Vt primū uaſto: ſimul ac ſēſit Pō. ſe a Cæſ. circūcluſū tā&ſi nihil detrimēti ſētiret: tamē pati nō potuit:qn diſſiparet & deſtrueret exercitū Cæſ.ipſe ēt milites ſuos diuerſis ī locis cōſiſteꝛ iuſſit:nā ea ſolicitudine motus Cæſ.ipſe explicauit ſuos. Agmina .ſ.ſua ut diuerſis locis una capiēs ſolicitū redderet Cæſarē. Petra:ut īqt Strabo libro ſeptimo locus eſt iuxta Dyrachiū ignē uomēs:cui fontes ſubſūt:qui aquas tepidas bitumēq; ſcatēt:dū ipſa bituminis petra:uti par ē uriꝛ. Laxet:diſtrahat:cū Cæſ.diuerſos locos captos a militibus teneret: Pompeius & ipſe ad ſingulos immittebat exercitum. Tendat:extendat. Claudentem:ſcilicet Cæſarem: Effuſo milite:ut ſparſo exercitu ſuo exercitum quoq; Cæſaris ſpargeret.

Ac tantū ſepti uallo ſibi uendicat agri.
Parua miceneæ quantū ſacrata dianæ
Diſtat ab excelſa memoralis aricia roma
Quoq; mō rōæ prælapſus mœnia thybris
In mare deſcendit:ſi nuſquā torqueat amnen
Claſſica nulla ſonant:inuiſaq; tela uagantur
Et fit ſæpe nefas iaculū tentante lacerto:
Maior cura duces miſcendis abſtrahit armis
Pōpeiū exhauſtæ præbēda ad gramina terræ
Quæ currēs obtriuit eques:gradibꝰq; citatis
Vngula frondentē diſcuſſit cornea cāpum
Belliger attonſis ſonipes defeſſus in aruis
Aduectos cū plena ferant præſepia culmos
Ore nouas poſcēs moribūdus labitur herbas:
Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.
Corpora tum ſoluit tabes:& digerit artus
Traxit iners cælum fluuidæ contagia peſtis

Ac tantū ſepti:dicit.n.tantū agri circūdati habuiſſe Pōpeiū qtū diſtat aritia ſylua ab urbe Roma aut thyberi:cū recta uia ſine ullo flexu a mari tyrrheno diſtat.Cæſ.enī neceſſitate ductus īdignatuſq; opus difficillimū & iauditū quodāmodo aggredi tentauit: Pōpeii uidelicet exercitū ītra muri unius ſepta circūclaudere:& a mari uſq; ad mare ꝑpetuis mœnibꝰ ſepire: ratus & ſi id opus minime ualuiſſet : magnā tamē audaciæ eius allaturū famā: Auctore Apiano:ꝑ ſtadia qppe ducēta ſupra mille ſpaciū eiuſmodi erat āplectēdū Pōpeius e contra uallū foſſāq; anteponūt:multaq; iutilia certādi ſtudio iter ſe dieti machinati ſūt:inſigne īterea prœliū ab utraq; ꝑte editū:ī quo ſuperior Pōpeius Cæſ.milites ī fugā uertit: eoſq; ī caſtra uſq; ꝑſecutus ſigna militaria pleraque ſuſtulit. Aritia:ſylua dianæ conſecrata. Vēdicat:acqrit ſibi. Memoralis:ꝑp hyppolitū dianæ cultorē : Fabula nota eſt. cū āt phedra nouerca adoleſcētis amore flagraret ipſū ī ſuos amplexus allicere uoluit:īdignatus ab ea ꝑfugit:& ꝑ nimia feſtinatiōe reliqt enſē. Interea ſupuenit Theſeus q phœdrā uxorē lachrymātē īuenit interrogatq; qd hoc ſit:illa dixit Hyppolitū uoluiſſe ui ſibi īferre:credidit Theſeus:& ſic optatis a Neptuno uotis obtinuit ut morereť: itaque cū hyppolitus ueheretur curru iuxta littora maris Neptunus phocas īmiſit:qbꝰ uiſis eq territi ſūt.& detraxerē currū & adoleſcentē diſcerpſerūt & dilacerauerūt: ūde Hyppolitus ē appellatus ab eqs diſſolutus : hyppos equus:lito ſoluo: q̄ſi ab eqs laceratus. diana miſeratione hyppoliti cultoris ſui cōmota æſculapium acceſiuit: q tantū medicinæ artē exercuit:ut mēbra ī unū cōiūcta reuiuiſcere faceret:ūde Virbius ē appellatus qa bis uir:uel bis uiuens: dianaque ī hac ſylua Aritia collocauit:ubi ꝑpetuo ſuā uitā duxit: q̄tū ergo diſtat Aritia ab urbe Roma tantū ſpacii circūderat Pōpeiū:diſtat autē.xv.miliaria. Memoralis: illuſtris & famoſa. Dianæ myceneæ: hoc aūt dixit propter iphygeniā nā iphygenia dianæ cultrix fuit:adeo ut cū pater eius illā īmolaturus eſſet:ſubiecta cerua ipſā abſtraxit & eam tēplo ſuo præfecit:Nam Micenæ ciuitas regia ubi regnauit Agamēnon. Aritiæ autem ut refert Solinus ca.viii.Oreſtes oraculo monitus ſimulacrum ſcythicæ dianæ quod de taurica extulerat:prius q̄ Argos peteret conſecrauit:ideo ſacrata dixit:conſtituta fuit Aritia ab Archilocho ſiculo unde & nomen:ut homini placet:tractum:diſtat a Roma ſtad.c.&.lx.ut inquit Strabo:& nemoralis dicitur quia templum dianæ ſylua circundat cui lacus inſtar pelagi fluctuans adiacet:auctore Strabone libro quīto. Quoque modo:aliam deſcriptionem facit uidelicet tantum tenuiſſe Pompeium caſtris ſuis: quantū diſtat urbs Roma ab oſtia : uidelicet octo miliaria : nam thybris ab urbe deſcendit in mare tyrrhenum ea parte qua eſt oſtia.oſtia autē appellatur ab oſtio:oſtium dicitur qua fluuius in mare deſcendit: & quia ea parte flu.ingreditur mare:ideo oſtia appellatur. Prælapſus mœnia:ideſt lapſus per mœnia. Si nuſq̄ torqueat amnen:nam ſi uolueris metiri ſpacium qua thyberis defertur in mare tyrrhenum longius ē.nā curuatis ripis & flexis tandem peruenit in mare. Claſſica nulla ſonant: etiam nullo ſigno dato ipſi inter ſe milites exercebantur. Inuiſa tela.u.unum ex reliquo ſequitur.ideo inuiſa quia nullum ſignum tuba dabat. Et fit ſæpe. u.ſ.illo ſpacio:q̄uis toto die equitarent tamen non erat ſpacium ſatis latum tātæ multitudini:nam ſcribunt hiſtorici propter anguſtiam loci : non nunquam uulnerabant ſuos : cum ipſi inter ſe exercerent. Iaculum tentare:ideſt dum ſe exercent milites iaculantur. Fit nefas : quia ſæpe inter ſe uulnerabant:aut occidebant. Maior cura:Pompeium peſtilentia premebat:Cæſarem uero fames:noua qdē ratio. Maior cu.ſ.q̄ cura pugnandi. Exhauſtæ:euacuatæ.ſ.herbis:ſtramine:& hæc cura erat quæ Pōpeiū a bello diſtrahebat. Quæ currēs ob.nā licet ibi paſcua eſſent:tamē eques dū ſe exercet ita calcauerat herbas ut nihil omnino ſupeſſet. Obtriuit:calcauit pedibꝰ. Gradibꝰque citatis:ideſt currētib eqs. Diſcuſſit:diſſipauit. Frōdētē:uirentē cāpū:trāſlatio ab arboribꝰ:nā arborū frōdere:pratorū uirere eſt. Belliger ſōipes:bellator equus. Ferāt:offerāt. Culmos aduectos:erāt iqt paleæ ad ſacietatem:ſed eas ſpnebāt equi. Labitur moribundus:omnes currēbant & intercurrendum deficiebant. Et tremulo.m.dum eques ſonipedem in gyrum uolueret:ille prolapſus in medio curſu deficiebat. Gyros : reuolutiones. Corpora:uirorū &c. iumenta corrūpebantur:& aerē īficiebant. Iners cœlū.ſ.putrefactis iumentorum corporibus:uidelicet craſſus aer:nam aer craſſus obſcuritatem inducit ad ſimilitudinem nubis.

Tali:refert Strabo lib.nono ſub iter chalydonē eē collē Tophoſtū: ī quo Neſſi & aliorū cētaurorū tumulus locatus cernit̄:& quorū tabo deterrimus odor ſub mōtis radice ꝓfūdit̄:& humo craſſioribus guttam manat:quā qdē ob cām gentē illā Ozolas.i.mali odoris uocāt:hoc a Lucano tāgit̄. Stygiū aera: ꝓ talē aerē emittit ſtygius.ē.n.hyppalage:q̄lis erit aer ī caſtris Pōpeii īfectis putrefactiōe corporū quæ rſoluebant̄ Typhonis:gigas fuit unus ex his q bellū cōtra Ioué īuletūt:poſtea hūc ſub īarine mōte occiſū Iuppiter cōdidit:& quotiēſcūq mouet feſſū latus:ſēp emittit aerē peſtilētē & putrefactū. Antra.ſ.mōtis īaries. Inde

Obſcurā in nubem:tali ſpiramine nexus
Emittit ſtygiū nebuloſis aera ſaxis.
Antraq̄ lætiferi rabiem typhonis anhelant.
Inde labant populi:cœloq̄ paratior unda
Omne pati uirus durauit uiſcera cœno.
Iā riget atra cutis:diſtentaq̄ lumina rumpit
Igneaq̄ in uultus:& ſacro feruida morbo
Peſtis abit:feſſūq̄ caput ſe ferre recuſat.
Iā magis atq̄ magis præceps agit omnia fatū
Nec medii dirimunt morbi:uitāq̄ necēque.
Sed langor cū morte uenit: turbaq̄ cadēdū
Aucta lues:dū mixta iacent incondita uiuis
Corpora:iā miſeros ultra tentoria ciues
Spargere funus erat:tamē hos mīuer̄ labores
A tergo pelagus:pluſq̄ aquilonibꝰ aer:
Littoraq̄:& plenæ meſſe peregrina carinæ
At liber terræ ſpacioſis collibꝰ hoſtis
Aere non pigro:nec inertibꝰ angit̄ ūdis:
Sed patit̄ ſæuam ueluti circūdatus arcta
Obſidione famē nondū ſurgētibus altam
In ſegetē culmis cernit miſerabile uulgus.
In pecudum cecidiſſe cibos:& carpere dumoſ
Et foliis ſpoliare nemus:letumq̄ minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas:
Q uæ mollire queāt flāma:quæ frāgere mor
Q uæq̄ ꝑ abraſas utero dimittere fauces: ſu

ex hac peſtis corruptiōe. Labāt:cadūt. Vnda: primo quidem corrupta eſt unda:talē ordinem tenuit Virgilius quum peſtilentiam deſcriberet : quæ atticam terrā & athenas tenuit. Cœlo.ſ.turbido & corrupto. Riget:dureſcit cutis. primum ſignum erat morbi contracti.ſ. ꝙ ad tractum cutis reſiſteret. Atra:quia nigra efficiebatur cutis. Igneaq̄ ī uultus quia intentis oculis faciem toruam oſtendebant:& ſtatim pallida efficiebatur. Sacro morbo: execrabili:ſicut Virgilius ſacrum ignem appellat: quia depaſcitur & omnia cōſumit. Feruida:nam calebant oculi & facies ut ignem quodāmodo emittere uiderentur. Feſſumq̄ caput:nam ultro citroq̄ iactabat Iam magis: creſcente peſtilentia ſine ulla intermiſſione cadebāt. Præceps fatum.i.mors uelox. Nec medii.d. nec morbus diu conſumpſit corpora:& ſimul ac ſemel morbus perueniebat ſtaim moriebātur. Medii morbi: quia inter uitam & mortem ſolet intercludere morbus:quia aliq̄diu & ſenſim corpora īterimit. Turbaq̄ cadentium : ipſa etiam corpora auxere peſtilentiam:nam ſepeliri non poterāt præ multitudine. Incondita:inſepulta: Nec miſeros:nec licebat funera facere:niſi extra tentoria:tantum eiiciebant corpora inſepulta remanebant. Funus erat:uidelicet e tētoriis eieciſſe cadauera. Spargere.i.proiicere. Tamen hos : ſed hanc peſtilentiā licet uentus ſupeueniens abſtulit: ita ut puriorem aerem relinqueret:cum præſertim omni genere cōmea tuum abundarent.nam aduectitia fortuna undiq̄ uehebantur. Meſſe:ideſt frumento. Plenæ carinæ:quia abundāt commeatibus:nam fames ſolet inducere peſtilentiam. At liber terræ: hoc erat qđ a conſerenda manu deterrebat Pompeium:nūc dicit quid deterrebat Cæſarē: & exiſtimabatur liber ipſe:qui nullis munitionibꝰ incluſus erat: ſed nihilominus famen tollerauit ingentem & inopiam q̄ ſi obſeſſus eſſet. Liber:quia in libertate omnē exercitū hēbat. Agit̄:agitat̄:ſed melius angit̄ ꝓp uerſū.i.cruciat̄. Sed patit̄: ſed nihilominus īopiā reꝶ oīum ſuſtinebat Cæſar:q̄ſi īcluſus eſſet & obſeſſus. Sur.cul.in ſege.i.nundū flaueſcētibus agris nec matureſcētibꝰ. In pecudū ce.cibos.i.ipſos iā pabulo pecudū uti cœpiſſe. Carpere dumos:more pecudū. Spoliat̄ nemus.i.arbores ſilueſtres ſi forte naſcerent̄ fructus ſicuti pruna:corna: & poma ſilueſtria. Letūq̄ minātes:& non nunquam carpebant radices herbarum:quas neſciebant uenenatas eſſe. Herbas dubias:quia neſciebant eſſent ſalubres an ne:ſed in commentariis legit̄ herbam quandam frequenter inueniebant:cuius nomen eſt corea:& hanc herbam lacte permixtam in modum panis conficiebant:& huius herbæ magna copia fuit. Refert & Plutarchus ꝙ cum cæſar maxima opprimeretur inopia:& milites radicem quādā auellerēt:& cōmixta lacte ueſcerent̄:īterdū factos ex ea pāes ītra hoſtiū ſtatiōes ꝑter currētes īiciebāt addebātq̄ ſe quoad huiuſmodi terra radices ꝓduceret obſidionē Pōpeii nō relicturos. eos āt & panes & ſermones ī uulgus ꝓferri Pōpeius uetuit:ne ſuorū aī perfringerent̄:q hoſtiū immanitatē ꝑtinacēq̄ tollerātiā ſicuti feraꝶ exhoreſcerēt. Quæ mollire qunt:cernit ēt alios milites alia euellere q̄cunq̄ molliri poterāt aq̄:uel elixari:q̄ q̄uis aſpa eſſēt tamē ꝑ guttur mitterēt:dū mō ſe ſuſtētare poſſet. Mollire flāma.i. elixare. Frangere morſu.i.quæ dentibus poſſint mādere. Per abraſas fauces:aſperitate radicum & herbarum.

Plurimaq; humanis:& ita milites nouo genere ciborũ utẽtes qbꝫ nũq̃ ãtea hoĩes ueſci cõſueuerãt: põpe
ianos oĩbꝫ rebꝫ abũdãtes obſidebãt. Vt primũ libuit: nũc dicit poſtq̃ Põpeius decreuit erũpere munimẽ/
tũ:nõ cogitauiſſe illũ tpe noctis clã exire:ſed p eã munitionũ ptẽ q̃ frequẽtius cuſtodiret. Et p ſed. Per/
mittere terras.i. arbitrio ſuo oẽs terras hr̃e:ut quacũq; uellet exercitũ duceret. Nõ obſcura.i.nõ occulte:/
nec p iſidias bellũ gerere parat. Furto: p furti. Ceſſãtibus armis:ſine pugna Cæ.reſiſtẽtis. Latis ruinis:
quas ipſe p munitionũ euerſionẽ fecerat. Impulſu:euerſiõe. Oportuna tamẽ:q̃uis nõ occulte exire uel
let:tamẽ eã ptẽ elegit:q̃ pxia caſtris erat: quæ appel
labat̃ caſtella ĩ muris: & ibi Seua erat uir unus for/
tiſſimus oĩum. Quã numici caſtella uocãt:nũc nu
mici flu.ſ.accolæ uocant caſtella: ſed uocãt.ſ. uulgo
oẽs caſtella. Numici : in quo poſtea obrutus ẽ Ae/
neas. Dumeta: q̃ naſcunt̃ ĩ locis cõfragis & abrup/
tis. Huc puluere nullo:& ad hæc caſtella uenit põ
peius:q̃ non prius oppugnare cœpit:q̃ puluis aſpici
poſſet ab hoſte. Ad mœnia.ſ. munitionis Cæſaris.
Tot ſimul e cãpis:nũc dicit ſubito ad uẽtu ſuo põpe
iũ ita hoſtes terruiſſe:ut attoniti pene ſui ipſoꝝ obli
uiſcerẽt̃:nã ubi aq̃las ĩnumeras fulgere uiderunt:&
claſſica ũdiq; obſtrepere ſic timebãt:ut uix tela ĩ ho
ſtes: mouere poſſẽt.& ſtatĩ fugere oẽs cœperũt:præ
ter unũ Seuã q ipſe pmãſit : & aliorũ ẽt aĩos ĩ bella e
rexit. Simul:eodẽ tpe. Latiæ uolucres : aq̃læ Ro.
Fulſere.ſ. uexillis. Deberet ferro:qa ẽt ſine ferro ui
cti fũt cuſtodes Cæſ. Pauor cõfecerat.i. cõſũpſerat
hoſtes.qa territi nec tela qdẽ mouebãt. Quod ſolũ
.u.uirtus:ĩ eo loco ĩqt ubi ſemel poſiti fuerat: ibi po
tius mori uolebãt q̃ fugere. Quo ſtare loco:ubi po
ſiti fuerãt. Qui uulnera:adeo ĩferiores erãt nume
ro põpeiãis ut multo plura tela eẽnt q̃ mitterent̃ ab
illis q̃ hoĩes q dinumerari poſſẽt. Peribat:fruſtra e
rat. Nimbꝫ.ſ. multitudo teloꝝ. Tũ piceos:nec
ſolũ telis ferreiſq; haſtis utebant̃ põpeiani. ſed ẽt fa
cibꝫ ardẽtibꝫ : ut propugnacula ĩcenderẽt. Piceos:
pice ĩcẽſos ab igne. Quaſſæ .ſ. ariete. Roboris ĩ/
pacti:ĩpulſi arietis: nã robur arietẽ appellauit : quo
muri ĩpellunt̃. Iã põpeianæ:iã aq̃læ exierãt p muni
tionẽ & ferme libera loca tenebãt cũ Seua unus fuit
q uictoriæ tot militũ reſiſteret:nã repulſo Cæſ. cir/
ca uallũ iter hæc ductor Turmæ: cui Seua nomẽ fu
it : multa & præclara facinora edidit : oculũ ſagitta
ſaucius haſtã pfregit:deĩde ueluti quippiã dicturus
ut refert Apianus:ĩ mediũ pſiliit ſilẽtibus cunctis:
Põpeii ductorẽ ſĩgulari uirtute cognitũ ad ſe uocat
deĩde ſic affat̃:Salua tibi ſimilẽ:Salua amicũ:ac cura
tores mihi adhibe : quoniã uulnere affligor:accurẽ/
tibꝫ ad illũ duobꝫ ex exercitu Põpeii: unũ aggreſſus
occidit:alterius humerũ enſe deiecit:quæ cũ egiſſet
ſe ipſũ uallũq; reliq̃t.ob id cæteri rubore conciti impetu ferunt̃:uallũq; ĩſup tutati ſũt. Minutio q̃ cuſto/
diæ pfuerat cõplura tollerãte:ferũt qppe clypeo eius.xx.ſupra cẽtũ ĩhæſiſſe ſagittas : corpus ſex uulneribꝫ
trãſfixum patuiſſe:oculũ uiciſſi excuſſum eſſe.hos Cæſar multishonoribus inſigniuit. In hoc non conue
niunt Plutarchus & Apianus: nam Plutarchus dicit centum ac.xx.telorum ictus in clypeo accepiſſe Se/
uam dehinc ſuorum exceptum amplexibus tuto relatum eſſe:quæ uulnera Minutio attribuit Apianus.
Iura : poteſtates imperium . Quem nonmillæ: unus eripuit locum pompeianis : quem Cæſar cum
toto exercitu eripere non potuerat. Toto cæſare:ideſt tota ui Cæſaris. Vetuit : ſcilicet locum illum
capi a Pompeianis. Strato: occiſo. Arma tenente: dum arma teneret negauit uictoriam Pompeio.
Merebat in plebe : antequam Cæſar ſubigeret Germaniam : erat Gregarius miles : ſed uirtute ſua e/
uaſerat ad dignitatem Centurionis. In plebe caſtrorum : ideſt militabat inter Gregarios milites.

Plurimaq; humanis antehac incognita mẽſis
Diripiens miles ſaturum tamen obſidet hoſtẽ
Vt primũ libuit ruptis euadere clauſtris
Pompeio:cunctaſq; ſibi permittere terras
Non obſcura petit latebroſæ tẽpora noctis.
Et raptum furto ſoceri ceſſantibus armis
Dedignatur iter:latis exire ruinis
Quærit:& ĩpulſo turres confringere uallo
Perq; oẽs gladios & qua uia cæde paranda eſt
Oportuna tamen ualli pars uiſa propinqui.
Quã nunici caſtella uocãt:& cõfraga dẽſis
Arboribus dumeta tegunt:huc puluere nullo
Proditus agmẽ agit: ſubituſq; ad mœnia uenit
Tot ſimul in cãpis:latiæ fulſere uolucres
Tot cecinere tubæ:ne quid uictoria ferro
Deberet:pauor attonitos cõfecerat hoſtes.
Quod ſolũ ualuit uirtus iacuere perẽpti
Debuerant quo ſtare loco:qui uulnera ferrent
Iã deerant:nĩbuſque ferens tot tela peribat.
Tunc piceos uoluunt imiſſæ lãpadis ignes.
Tũ quaſſæ nutant turres lapſũque minantur
Roboris ĩpacti crebros gemit agger ad ictus.
Iã põpeianæ celſi ſuper ardua ualli
Exierant aquilæ:iã mundi iura patebant
Quẽ non mille ſimul turmis:nec cæſare toto
Auferret fortuna locũ uictoribus unus
Eripuit:uetuitque capi:ſeque arma tenente
Ac nundũ ſtrato magnũ uiciſſe negauit
Sæua uiro nomen:caſtrorũ in plebe merebat

Ante fe.gẽtes.i.Germanos bellicoſos. Ibi ĩ germania:ubi & Rhodanus flu.ẽ. Promotus:ab ĩfimo loco militũ ad centurionẽ. Vitẽ:uitis ẽ inſigne Cẽturionis:nõ ut qdã idocti dicũt quod uitẽ ĩ clypeo pictã geſta rẽt:ſed dico uitẽ geſtabãt:q̃ milites tardos & negligẽtes Cẽturiões ſolebãt ligare uel pulſarẽ ut ipſos prõpri/ores ad officia gerẽda redderẽt:quod ita ſit plenius oſtẽdit qd ꝙ nõ caſtris iſerta ſũmã reꝝ.i.ipiũ cõtinebãt Cẽturiones ĩ manu militũ:cõtinuo ꝑlio tardos hoĩes ducebãt ad agmina:qđ.M. Iuriſconſultus oſtẽdit di geſtoꝝ lib.quadrageſimo:de re militari:dicit.n.q Centurioni ſe caſtigare uolẽti reſtiterit & ex ĩduſtria fu

Ante feras rhodani gẽtes: ubi ſãguine multo
Promotus latiam longo gerit ordine uitem
Pronus ad omne nefas: & qui neſciret ĩ armis
Quam magnum uirtus crimẽ ciuilibꝰ eſſet
Hic ubi quærentes ſocios iam marte relicto
Tuta fugæ cernit, quo uos pauor inqt abegit
Impius & cunctis ignotus cæſaris armis
O famuli turpes ſeruum pecus abſq; cruore
Terga datis morti cumulo uos deeſſe uirorũ
Non pudet & buſtis interq; cadauera quæri?
Non ira ſaltem iuuenes pietate remota
Stabitis? e cunctis per quos erumperet hoſtis
Nos ſumus electi: non paruo ſangine magni
Iſta dies ierit: peterem fœlicior umbras
Cæſaris ĩ uultu teſtem hunc fortuna negauit.
Pompeio laudante cadam: confringite tela
Pectoris in curſu, iuguliſq; retundite ferrum
Iam longinqua petit puluis. ſonituſq; ruinæ
Securaſq; fragor concuſſit cæſaris aures
Vicimus o ſocii ueniet qui uindicet arces
Dum morimur. mouit tantũ uox illa furorẽ
Quantũ non primo ſuccedunt claſſica cãtu.
Miranteſq; uirũ, atque auidi ſpectare ſequũt.
Sciturí iuuenes numero deprenſa locoque
An plusquam mortẽ uirtus daret. ille rueti
Aggere cõſiſtit primũque cadauera plenis
Turribꝰ euoluit, ſubeunteſque obruit hoſtes

Te: uidelic& imperatorem romanū. Horruit: dum perſequeris mitridatem. Captos reges: uidelicet Tigranocerotam & Ariſtobolum iudeorum regem: quos in triumphum duxit. Hyrcanis: id eſt ex hyrcania quæ eſt pars armeniæ. Hyrcania auctore Strabone libro undecimo ualde opulenta & multa & magna ex parte planities præclaris urbibus adornata opulentiæ ſignum ducunt ꝙ uitis uini metretam affert: ficuſ: modios Sexaginta frumentum ex fructu naſcitur qui cadit ex culmo: in arboribus mellificatur ex foliis mel fluit. parthi: ut eodem libro refert Strabo: cum hyrcanis perſicæ uiuebant etiam non multo poſt tempore quam macedones imperarent. Extollet animos: arrogantior fiet. Se ſimul & romæ menſus: nam quod te ſupplicem uidebit imperium ſuum imperio romano comparabit. Exiget ignorans: cum loqui uolueris ad illum tum dicet neſcio quid dicat: hic non intelligo linguam romanam: & uolet ut lachrymes: ut ſi non ex uerbis tuis ſaltem ex lachrymis quid uelis intelligat. Patimur ne pudoris: Adhuc in eo perſiſtit quod dignum eſt romanis: quod uidelicet parthi prius uendicent iniurias italiæ q̄ nos iniurias noſtras ab ipſo rege illatas: turpe hoc eſt quia prius iniurias noſtras ulciſci debemus: quam parthi ulciſcantur romanos contra cæſarem. Ciuilibus armis: contra leges argumentum eſt a iuſtitia: quæ diuiditur in ius naturale: ius conſuetudine: & ius lege pacto patri: & iudicio: argumentum eſt iure lege: quia lex erat ut qui ad aliquod bellum electus eſſet: nullum aliud gerere poſſet prius quam illud perficeret: & plebiſcitum cauſa eſſe poteſt: Quod in iure ſcripto proculdubio connumeratur.

Elegit te nempe ducē:quid uulnera noſtra
In ſcythicos ſpargis populos?cladeſq; latētes.
Quid parthos trāſire doces?ſolatia tanti
Perdit roma mali:nullos admittere reges
Sed ciui ſeruire ſuo:iuuat ire per orbem
Ducentē ſæuas romana in mœnia gentes?
Signaq; ab euphrate cū craſſiſ capta ſequētē?
Qui ſolus regū fato cælante fauorem
Defuit æmathiæ:nunc tātas ille laſceſſet
Auditi uictoris opes?aut iungere fata
Tecū magne uolet nō hæc fiducia genti eſt.
Oēs in arctois populus quicūq; pruinis
Naſcitur i domitus bellis: & mortis amator.
Quicquid ad eoos tractus mundiq; teporem
Labitur:emollit gentes clementia cæli.
Illic & laxas ueſtes:& fluxa uirorum
Velamenta uides pthus p medica rura:
Sarmathicos iter cāpos: effuſaq; plano
Tigridis arua ſolo: nulli ſupabilis hoſti eſt
Libertate fugæ:ſed nō ubi terra tumebit

Elegit te ducē:nō autē ut alios duces tēptares. Quid uulnera nr̄a:ignominiā oſtēdit arguit cōtra gloriā:q̄ eſt freqūēs de aliquo fama cū laude:cōtra eā facere dicit:nā ſi clades romanorū uulgauerit ī pthia:magna erit populi Ro.ignominia ut melius oſtēdat ī Europa pmanere:q̄ i aſiā trāſire. Parthos trāſire duces:qa quum itellexerit diſſēſionem inter romanos capta occaſione:ipſi in italiam uenient: & imperium Romanū de medio tollent. Solatia tollis: hanc deſolationen tollis:q̄ unica ē nobis:ut ſi ſeruiendum ē: magna cōſolatio eſt ut ſeruiamus potius ciuibus noſtris q̄ barbaris. Ciui:ſcilicet Cæſari. Iuuat ire p orbē oſtendit piculū quod ē contra tuti partem:q̄ i columitas dicitur:ea eſt ſalus tuta atq; integra conſeruatio. Signaque: ſcilicet romana que capta ſunt a parthis cum craſſis uidelic& patre & filio. Qui ſolus arguit a maiori ad maius quod eſt ex adiunctis negocio: ſi nos parthi infœlicitate ſequi noluerunt multo minus in aduerſis ſequentur.

Defuit:qa noluit itereſſe bello ciuili. Celāte fauorē.i.cū adhuc ī dubio uictoria eēt. Laceſſet:pro uocabit. Victoris:Cæſaris. Oēs i arctois:poſtq̄ rōnes ſuas lētulus cōfirmauit qbus arguebat nō eūdū eē ī pthiā:nec ēt barbaro eē fidendū qđ ſi faceret id futurū cōtra dignitatē:nō ſolū pō.ſed ēt populi ro. nūc pom.rōes cōfutat a natōe primū cōuertēs dicta pom.ī ſuā utilitatē:nā qđ pom. dixerat de regione pthoꝝ q̄ eēt ſepata quodāmō a noſtro orbe:ubi liberos ſemp hītare pthos dixerat:nec regi cuiq̄ ſeruire aīum īduxiſſe:īmo regnandi cupiditatē hūiſſe ita cōuertit Lētulus:ut oſtēdat eos:qa ibi nati ſūt & nutriti enerues eē:& effœmīatos queadmodū ēt Cicero dicit ꝓ q̄litate aeris ex aſtrologoꝝ ſentētia ita eē naturā hoīs.dicit.n.athenięſes īgenioſiores eſſe: Thebanos uero pīgues & ualētes.rō:nā Athenis aer tenuiſſimus ē:ideo acutiores ſunt hoīes:Thebis uero craſſiores :iō pīgues & ualētes ſūt. Sed ī oriente aer clemētior ē:iō ēt ibi natura hoīes ſūt molliores: & ppea effœmīatiores. Oēs ī arctois:arguit a natōe q̄ eſt una ps ex attributis pſōæ:& p cōtrarū quicūque naſcit̃ i ſeptētrione:q̄ regio frigidiſſīa ē & aſpa: fortiſſimus & bellicoſus ē:e cōtra uero q naſcit̃ ī oriēte q̄ rgio mollior hētur & clemētior:eneruatior eſt & mollior.In arctois ī ſeptētrione. Pruinis:frigoribꝰ: Indomitus bellis:iuictus. Eoos tractus:lōgitudinē oriētis. Emollit:Molliores facit. Illic:in oriente:& arguit a uictu imbelles eē oriētis populos. Laxas:fluxas:ſinus habēt amplos:ut lōgū firmauerat humū:ſic & Virgilius Et habēt tunicæ manicas & redimicula mitræ. Parthus p medica rura:Arguit ab affectiōe:nā adiūgit̃ hōeſto & iuſto:ſiue utili neceſſitas & affectō:ſed hōeſto gloria dignitas & aīcitia:q̄ pp ſe & pp aliud expetēda ſūt deīde neceſſitas cū cōditiōe & ſine cōditōe:ſine cōditiōe:ut neceſſe eſt oēs morí:cū cōditiōe ut neceſſe ē petilinos mori: niſi ſe dedāt Hānibali.eſt aūt affectō q̄ ex tēpore & bellorū admīſtratōe & ſtudio hominū cōmutat̃.Parthus p medica rura ſar.in.cā hoc uerū ē:ſed mutatur hoc ex admīſtratōe:ī regiōe illa lata:ut eqtare poſſint uictores ſunt:nā fugiēdo inſequētes uulnerāt:at uero in italia q̄ mōtuoſa eſt:& multas anguſtias habet nō ita: neq; licebit ſpatiari:& ita mutata regione ſtudiū eorū nihil proderit:nec in adminiſtratione belli:uti in regione ſua poterūt. Sarmaticos cāpos.i.aſſyrios:ſed ē epitheton lōge repetitū Sarmatæ populi aſſyriæ ſūt unde parthi originem habuere.Verum:ut Solinus inquit: parthia quanta omnis eſt:a meridie rubrum mare a ſeptentrione hyrcanum ſalum claudit:regna in ea duo de uiginti diſſecantur in duas partes:undēcim quæ dicuntur ſuperiora:incipiunt ab armenico littore & caſpio limite porrecta ad tertam ſcytharū aut ſarmatharum cum quibus concorditer uiuunt:reliqua ſeptem inferiora:ſic enim uocitantur:habent ab ortu uarios Arianoſq;:Carmacuamq; a medio die:Mœdos ab occidui ſolis plaga:a ſeptentrione Hyrcanos:ipſa autem Mœdia ab occaſu tranſuerſa utraque parthiæ regna amplectitur:a ſeptentrione Armenia circundatur:ab ortu caſpios uidet:a meridie perſidem:deinde tractus hic procedit uſque ad caſtellum quod magi obtinent Phidaſarcida nomine hic Cyri ſepulchrum. Effuſa:porrecta:ſicut omnis planities iacet. Tigridis:fluuii q cū Euphrate uno ſe fōte reſoluūt. Supabilis:uícibilis Libertate.ſ.libertate uagādi lateq; ſpatiādi. Sed nō.t.ecce mutato ex tpe & admīſtratō belli ergo ab effectōe. Tūebit.t.i.ubi ſūt mōtes

Nec per opacas:nec in Italia:ſicut mos eſt ſciunt gerere bella tempore noctis:quippe qui cum niſi ſagittis utantur uidere non poſſunt:quo eas dirrigant. Opacas tenebras:id eſt per noctē ſicut nos gerimus: nam tempore noctis pompeius mitridatis exercitum fugauit.Incerto: erranti arcu. Non frangit nando:ſi opus erit tranſire flumīa:non erit peritus natando uortices fluuiorum qui multi ſunt in italia .Eſt autem uorex gurges aquæ a uertendo dictus. Nec tota in pugna:nec in pugna pati poterit æſtum caloris:quia aſſuetus eſt molliori aeri. Nam aries:alia mutatio belli:quia non oppugnare conſueuere oppida: nec habent inſtrumenta quibus id fieri ſolet.

Aſpera conſcēdit mōtis iuga.nec per opacas
Bella geret tenebraſ.incerto debilis arcu.
Nec franget nando uiolenti uerticis amnem.
Nec tota in pugna perfuſus ſanguine mēbra
Exiget æſtiuum calido ſub puluere ſolem.
Non aries illis:non ulla eſt machina belli.
Haud foſſas implere ualent.parthoq; ſequenti
Murus erit quodcūq; poteſt obſtare ſagittæ.
Pugna leuis bellūque fugax:turmæq; uagātes
Et melior ceſiſſe loco quam pellere miles.
Illita tela dolis: nec martem cominus uſquam
Auſa pati uirtus.ſed longe tendere neruos.
Et quo ferre uelint permittere uulnera uentis
Enſis habet uires.& gēs quæcūque uirorū eſt
Bella gerit gladiis:nam medios prælia prima
Exarmāt:uacuæque iubēt remeare pharetræ
Nulla manus illis fiducia tota ueneni eſt:
Credis magne uiro quos in diſcrimina belli
Cum ferro ueniſſe parū? ē tentare pudendum
Auxilium tanti eſt? toto diuiſus ut orbe
A terra moriare tua:tibi barbara tellus
Incubat? te parua tegant ac uilia buſta
Inuidioſa tamen:craſſo quærente ſepulchrū.
Sed tua ſorſ melior:quoniā mors ultīa pœna ē
Nec metuenda uiris:at non cornelia letum
Infando ſed rege timet:num barbara nobis
Eſt ignota uenus? quæ ritu cæca ferarum.
Polluit innumeris leges.& fœdera tedæ
Coniugibus? thalamique patēt ſecreta nefādi

Machina nulla: utpote qui nunquam oppida oppugnarūt. Parthoque ſequenti:& cum parthus ſequetur milites: noſtros quicquid poterit tenere impetum ſagittarum erit tanquam murus: clipeus etiam non aliter defendet quam murus: non enim cominus gladiis pugnant:ſed ſagittis tantum eminus utuntur. Pugna leuis: id eſt leuis armatura. Turmæ uagantes:quia fugientes huc & illuc perſequentes uulnerant. Ceſiſſe fugiſſe: quam pellere:id eſt quam perſequi Illita tela dolis: nunc arguit a cōſilio: quia dixerat pom.illis uiribus addere conſilium:tunc cum ueneno munirent ſagittas: hoc ipſo inquit quot ſagittas ueneno polluunt: oſtendunt ſuam ignauiam:quia tota fiducia ipſorum eſt in fugiendo nec eſt quiſquam qui audeat cominus certare. Et quo ferre uolet ſagittas dirigit:Sed ictus eſt incertus: nam uentus aliquando aliorſum ſagittas uoluit: quam illi uoluerint. Enſis habet uires: a contrario arguit qui fortis eſt cominus pugnat a coutrario ſenſu qui eminus debilis & eneruis:at id faciunt parthi ergo debiles ſunt & timidi. Credis magne uiros:tu credis illos eſſe fortiores:ꝙ habent fiduciā ſuam in ueneno magis: quā in armis:& hoc ipſo oſtendunt ignauiam ſuā: quia ſi fortes eſſent non in ueneno: ſed in armis fiduciam ponerent. Diſcrimina:certamina. Parum eſt:niſi adhibuerint uenenum. Tentare pupudendum eſt:nunc cōfutat quod pompeius dixerat etiam ſi perfidi eſſent parthi eo meliori conditione eſſe: quam ſi morirentur procul ab italia:& ideo cæſarem nihil in illum crudeliter agere poſſe refellit hoc ab īdignitate dicens hoc eſſe indignum pompeio:ut procul mori uelit ab italia: quamquā mors poterit eſſe ſolamen miſeriæ: ſed Cornelia nō mortem timebit:ſed uitam: nam cum formoſa ſit: barbari uero libidinis impatientes? quid de hac ſperare poſſumus:quando:nec a ſororibus ſuis ſe contineant. Pudendum eſt:nunquid tibi uidetur:ut tentes auxilium in remotiſſimis partibus: hac ratione ut tantum procul ab italia moriaris? quaſi dicat hoc indignum eſt. Incubat:ſuperimponatur corpori tuo. Te parua tegat: contra dignitatem tuā. Inuidioſa tamē:quātūlibet uile cōſequeris ſepulchrum: non tamen ſine inuidia conſequeris quia ſine ſepulchro iacet Craſſus. Sed tua ſors hoc quidem indignum erit & ætate & priſtinis moribus tuis. Non metuenda uiris: nam qui fortes ſunt non metuunt mortem. Non barbara nobis:dixit Corneliæ maius aliquid metuendum eſſe quam mortem:quum ab indignitate probaret non eſſe fidei barbaroꝝ ſe comittendum:quod autem hoc ſit metuendum probat a natura barbarorum quia a natura ſunt libidinis impatientes. Cæca: inconſidera nimia libidinis cupiditate. Ritu ferarum: more belluæ in promiſcuos concubitus ruit. Polluit:maculat. Tedæ: faces quibus utebantur cum ſponſam ducerēt ī domū mariti:nā qa noctu fiebat iō facibus utebāt:& ꝑ una nuptiaꝝ cerimōia totas nuptias ītelligit. Cōiugibus: qa barbari tot uxores habēt:quot alere poſſūt. Thalamiq; patēt:In ꝑpatulo coeūt.

Inter mille nurus: epulis ueſana meroque
Regia non ullis exceptos legibus horret
Cōcubitus: tot fœmineis cōplexibus unum
Non laſſat nox tota marem: iacuere ſorores
In fratrū thalamis: ſacrataque pignora matrū.
Damnat apud gentes ſceleris nō ſpōte peracti.
Oedipodionias infœlix fabula thebas.
Parthorū dominus quociēs ſic ſaguine mixto
Naſcitur arſacides: cui fas iplere parentem
Quid rear eſſe nefas: proles tā clara metelli
Stabit barbarico coniunx milleſima lecto:
Quāquā nonulli plus regia magne uacabit.
Sæuicia ſtimulata uenus: tituliſque uirorū
Non quo plura iuuent parthū portenta fuiſſe
An ſciet & craſſi ceu pridē debita fatis
Aſſyriis trahitur cladis captiua uetuſtæ
Hæreat eoæ uulnus miſerabile ſortis
Non ſolū auxiliū funeſto ab rege petiſſe:
Sed geſſiſſe prius bellum ciuile pudebit.
Nā quod apud populos crimen ſoceriqꝫ tuūqꝫ
Maius erit quā quod uobis miſcētibus arma
Craſſorum undicta perit: incurrere cuncti
Debuerant in bactra duces: & nequa uacarent
Arma: uel arctoum dacis rhenique cateruis.
Imperii nudare: latus dum perfida ſuſis

Inter millē nurus: nullæ leges naturales ſeruanť apud barbaros: cū lex naturalis ſit: ut ab his abſtineamus quæ nobis ſanguīe cōiunctæ ſunt. Regia ueſana.i.rex ueſanus. Epulis meroꝙ: quæ ſunt incitamēta libidinis. Nox uria nō laſſat marē: Adeo in expleti ſūt: ut ꝗuis iaceāt īter mulieres: tamē ſaciari non poſſūt. Iacuere ſorores: ꝓbat nullas eſſe leges: nā ſorores ī mr̄imonio iungebāt: Dānat apud gētes. Per exēplū exornat: & arguit a minori ad maius. Oedippus cū mr̄e Iocaſta neſcius cōcubuit: exiſtiabat enī illā eſſe regis uxorē: & illa ſibi merito deberi exiſtiabat: ꝙ ſpingē uicerat: & uictā occiderat: & ꝗuis ignarus concubuerit: tamē apud oēs in fabulis deteſtabilis habeť quāto magis deteſtandi ſunt reges parthoꝝ: q non ignari: ſed ſpōte ſua tantū ſcelus admittūt. Apud gētes: apud barbaras natōes. Nō ſpōte: ſed ignarus cū Iocaſta matre cōcubuit: ex q̄ nati ſunt Etheocles & Polinices. Infœlix fa.i.fabula infœlicis œdipodæ: Oedipodionias thebas: quarū rex fuit Oedippus. Sic: iſto mō. Cui fas īplere parentē: Non erubeſcit grauidā facere matrē. Proles tā clara: ex quo ſequiť ꝙ Cornelia uxor tua erit & ipſa ī numero cōcubinaꝝ regis pthoꝝ. Metelli: nā mater corneliæ Metelli filia fuit: & illā Scipio duxit. Milleſima: ultima. Quāquā dixit milleſima: īmo fortaſſe ipſa frequētius cū Barbaro iacebit: nā ſæuitia libidinis creſcet barbaro hoc ipſo ꝙ nobilē uiderit: & ꝙ eā Craſſi uxorē intelliget fuiſſe q̄ſi ſibi debitam a fatis. Vacabit: operā dabit. Titulis uirorū.i. nobilitate maioꝝ.a: qbus cornelia originē ducebat.

Hanc ſciet eē craſſi: Præterea cognoſcet genitā fuiſſe e craſſis: ut plura monſtroſa adulteria tenet: q̄ſi duplicē cōmittat adulteriū: & ꝙ e craſſis genita: & ꝙ pōpeii uxor fuerit. Ceu debita fatis: Tanq̄ ſibi fato obligata eſſet: eo ꝙ & craſſū occiderit. Parthos adire cōſtituerat pompeius. at amici: ut inqt Apianus: a pthis abſtinendū ſuaſerūt: q nup craſſo inſurrexerāt: & adhuc ob eius cladē elatiores ſpiritus haberēt: nec corneliā ſingularis formæ mulierē ī eorū poteſtate cōmittēdā eē: maxīe cū e craſſis eēt genita. Hæreat eoæ uulnus. Arguit a uindicatōe. nō mō nō ē cōfugiendū ad regē pthoꝝ: ut arma cōtra Cæſarē moueat: imo bellū illi īferēdū ē: & eſt ſenſus: ſi inqt fixū eēt pectoribꝰ & alta mēte repoſtū uulnuſ occiſi craſſi puderet nos: nō mō peteř auxilium: ſed bella ciuilia priꝰ cœpiſſe q̄ ulciſci craſſū qa tu o pōpei & cæſar dbueratis prius ulciſi īiuriā ueſtrā a parthis latā: q̄ ciuile bellū gerere. Hæreat.i.ſi hæreat: hoc eſt ſi fixū ſit. Eoæ ſortis: fortunæ orīetalis. Petiſſe: ſicut nūc petere uis. Prius: ſ. q̄ pthicū bellū. Nā qđ apud populos: magnū nefas eſt bellū ciuile gerere: ſed ex oī bello nullū tibi crimen maius obiiciť q̄ ꝙ manes craſſi īultos reliq̄ris. Vidicta. ſ. craſſi: nā bellū ciuile cā fuit cur rōani nō miſerit exercitū cōtra parthos. In bactra. Ciuitas oxū amnē uerſus: teſte Solino q ex īdiæ mōtibꝰ deferť & ī caſpiū mare īmittit: & auctore Strabōe li.xi. irrigat Hircaniā: Bactra Aſiæ ciuitas ēt Zariaſpa noiať: Bactriāi & Sogdiāi: ut idē refert Strabo: uita & moribꝰ nō multū a nomadibꝰ differebāt. & neq̄ uacarēt: & ut uires oēs īperii īuaderēt hi barbari. debebāus ſeptētrionē oēm aduerſus eos ducere: & eā ptē īperii nr̄i deſtitutā reliquere. Nequa ua. arma.i. ne ullæ uires īpii nr̄i īmunes eēnt ab hac militia. Arctoū: ſeptētrionē & qūo nudādū eēt declarat. Dacis cateruis: Quia Dacia cōiūcta ē Lidiæ & Rheno germaniæ flu. ergo dachas ſignificat & germāos. Daci ut īqt Strabo li. ſeptīo appellāť q Germaniā uerſus & ad Iſtri fōtes uergūt: q olī dauī uocati ſūt ex quo apđ athenīeſes dauoꝝ & getaꝝ noīa ſeruilia plurimū abūdabāt. Suſis pfida: ciuitas pthoꝝ. Suſa: ut iqt Solinus: oppidū nobiliſſimū ī pſide iuxta pthos ī quo tēplū ſuſæ dianæ ē: Suſa ut refert Strabo. li. xv. a tithono cōdita dicūť Memnonis pr̄e. Suſii ēt Caſſii ſūt appellati: nā æſchylꝰ Mēnonis mr̄em Caſſiā uocat. Suſiana rgio q̄q̄ opulēta ſit torridū tamē & æſtuoſū aerē hēt: pſertī circa urbē: adeo ut lacertæ & ſerpētes: p æſtatē dū ſol ē ī meridie urbis uias trāſire nō poſſit: ſz ī mediis īterceptæ cōcremēť: qđ nuſq̄ ī tota

Dacia
Daci prius Daui

In tumulos ducũ: ut eſſent q̃dã q̃ſi ſepulchra. Aſſyriæ paci fi. uos p̃caũr o põ. & cæ. q̃ ĩpiũ adminiſtraſtis: ne diutius uelitis parthos in pace ſecuros uiuere: ſed operam detis: ut pœnas dẽt cædis Craſſi. Et ſi theſſalia: & ſi bellum ciuile peractum pugna theſſalia oramus ut cæſ. ducat exercitum aduerſus parthos. nã ſolus cæ. eſt de quo libenter triũphare uideri. Peractum eſt. i. ſimul uicti non poſſis reparare beũll. Non ubi cũ primum: concluſio orationis Lentuli per conqueſtionem ſumitur a loco: qui per proſopopeiam dicitur cũ oratio ad res mutas & animi expertes r̃fert. ĩducit enim umbras craſſi de pompeio conqueri ſi forte animum ĩduxerit: ut auxilium ex rege parthorũ petat. Araxem: fluuium armeniæ: qui in prima pte ſui tam lente labitur: ut quam in partem fluat: non facile dignoſcas: qui poſtea in duos alueos diuiſus: altero perſopolim urbẽ præterlabitur. Mœſti ſe. craſſi. Tu quem poſt: inducit conquerentem craſ. umbram de pompeio. ſumitur autem locus p quẽ oſtẽdiť ab eo fieri a quo miñe oportuit: & ab eo fieri a quo ſi ab alio fieret uidicari deberet. Tu. o põ.

In tumulos prolapſa ducũ: babylonq; iaceret.
Aſſyriæ paci finem fortuna precamur:
Et ſi theſſalia bellum ciuile peractum eſt.
Ad parthos q uincit eat: gens unica mundi eſt
De qua cæſareis poſſim gaudere triũphis.
Num tibi cum primũ gelidum tranſibis araxẽ
Vmbra ſenis mœſti: ſcythicis cõfixa ſagittis.
Ingeret has uoces? tu quẽ poſt funera noſtra
Vltorum cinerum nudæ ſperauimus umbræ.
Ad fœdus pacemq; uenis? tunc plurima cladis
Occurent monimẽta tibi quæ: mœnia trunci.
Luſtrarunt ceruice duces? ubi nomina tanta
Obruit euphrates: & noſtra cadauera tigris
Detulit in terras: ac reddidit; ire per iſta
Si potes: in media ſocerũ quoq; magne ſedẽtẽ
Theſſalia placare potes: quin reſpicis orbem
Romanũ? ſi regna times proiecta ſub auſtro:
Infidumq; iubam: petimus pharõ aruaq; lagi.
Syrtibus hinc libycis tuta eſt ægyptus. at inde
Gurgite ſepteno rapidus mare ſũmouet ãnis.
Terra ſuis cõtenta bonis: non indiga mercis:
Aut iouis: in ſolo tanta eſt fiducia nilo. gne
Scœptra puer ptolẽæus habet: tibi debita ma
Tutelæ commiſſa tuæ: quis nominis umbrã

Poſt funera: poſt cædes noſtras. Nudæ: inſepultæ Ad fœdus: non autem ad ulciſcendam iniuriã noſtram. Tunc plurima cladis: Alius locus conq̃ſtionis per quem res indignas: turpes: humiles: illiberales & indignæ referũtur priſtina ætate genere: honore: beneficiis: hæc omnia geſta fuiſſe a parthis oſtendit tunc cum deletus eſt a parthis craſſus cum exercitu. Occurrerent: uidelicet contra dignitatẽ non craſſi ſolum: ſed exercitus. Luſtrarunt. c. d. nã abſciſſis capitibus circuibant mœnia urbis parthi: cum ea teli fixiſſent: qui mos eſt eorum: quot capita telis affixa circa mœnia geſta ſunt. Et poteris hãc indignitatem animo tuo conſiderare & peteř auxilium ab his qui hæc fecere quaſi dicat facere non debes. Trunci: pro truncati. Ceruice: pro ceruicibꝰ Vbi nomina: dico luſtrarunt. uidelicet ĩ ea regione. Vbi euphrates obruit. t. n. nã Euphrates p parthiam labitur: & per eum locum qui meſopotamia dicitur. Detulit ac reddidit: inundatione aquarũ Ire per iſtas ſi potes: Quid opus eſt ire in parthiã ſi potes animum tuum ad hanc indignitatem remittere: potes a cæſare humiliter ueniam peteř & nõ tantũ itineris tibi per agendũ erit. Placař potes nec tibi ueniam denegabit. Quid reſpicis orbem: Confutauit ſententiam pompeii: de petendo a parthorum rege auxilio. nunc autem ipſe ſuam ſententiam pronunciat: quæ eſt ut ſe in ægyptum proferat.

Orbem romanum: ideſt orbem imperio romano ſubiectum. Regna proiecta ſub auſtro: hoc eſt in meridie poſita in Libyam: & declarat ideſt. Infidum iubam: q; gens illa naturaliter infida eſt. Pharõ: eſt clauſtrum & portus totius ægypti. Lagi regis ægyptiorũ: qui primus Alexandriæ regnauit: quæ eſt metropolis ægypti. Syrtibus hinc libycis: arguit a tuto: & ab utili confirmat. Tutum eſt ut in ægyptũ te conferas: nam regio illa circũdata eſt a nilo: Vtile quia fœcundiſſima eſt & commeatum per ſe abunde præſtabit. Hinc: a meridie: : nam contigua eſt mari libyco. At inde: Scilicet a ſeptentrione. Gurgite ſepteno: Quia ſeptem oſtiis in mare defluit nilus. Terra bonis: a tuto probauit: quia ũdique clauſa eſt. nunc uero ab utili. Non indigna mercis: uere ſuis bonis contenta eſt: quia non opus eſt ut ad uẽtitiis utatur mercibus. Aut iouis. i. pluuiis. Nilus enim quot ãnis regionẽ inundat. Sceptra puer: nũc cõfutat pompeii argumenta. q; uidelicet non eſſet fidendum puero regi: & ab eodem loco arguit ita ut dicta pompeii in ſuum commodum conuertat. Tu dicis non eſſe fidendum puero regi. At uero ego quia puer eſt maiorem fidem adhibendam eſſe cenſeo: non enim rex eſt: ſed umbram tantum modo regis habet. nam reges: qui diu regnare ſoliti ſunt: raro ſunt fideles: quia diuturnitate regni didicere infidos eſſe: ſed nunc ille innocens eſt & puer & neſcit uti fallaciis quemadmodum ſi diu regnaſſet: & eſt argumentum ab ætate: præterea alia ratio: Quia tutela eius a patre ſuo tibi commendata eſt. Tutelæ commiſſa: nã cum pater ptholemæi moriens condidiſſet teſtamentũ ro. miſit q̃d domi põ. cõmẽdatũ ẽ.

Araxes

Innocua eſt ætas: quia illa dixerat robuſtos exigit annos certa fides: non eſt ita inquit. nam reges diu in regno uerſuti callidi & aſtuti nunq̃ fidem ſeruare didicerunt. Iura fidẽque: Endiadis eſt. Veteris aulæ ideſt ſeniores regis. Sceptris: ideſt aſſuetos regnare. Mitiſſima ſors: cum primum Rex regnare cœperit ſolet eſſe liberalior & benignior. Impulit animos: perſuaſit animis: ut ſe raperet huc pompeius. Quantum ſpes ultima rerum: In extremis rebus plus licentiæ & libertatis homines ſumunt: ut quidq̃d uelint dicere audeant: nam ſi pompeius in priſtina fœlicitate fuiſſet non tantum libertatis habuiſſet in dicendo Lentulus & cæteri omnes. nunc uero periculum inſtare uidetur auſus eſt Lentulus contra põpeiun diſſentire: & cæteri potius Lentuli ſententiã ſecuti ſunt q̃ pom. Spes ultima: Quia ad extremum redacti erant Tunc cilicum: Quomodo in hanc ſententiam Lẽtuli pompeius ad nauigationẽ præperauit ut ægyptum peteret. Citatas: ueloces

Cypro: cyprum uerſus. Nullas cui prætulit: dicit hanc Cyprum præ cæteris chariſſimam eſſe ueneri. Vnde diua memor pa. ex qua nata erat: nã ex ſpuma genitalium Saturni originem dicunt habere uenerem. Si numina: & q̃a dixit ũde diua & cætera ſe ipſum. Si nu.na. credimus: ideſt ſi credendum eſt. Cœpiſſe: ideſt numina principium habuiſſe: nam ſi deus eſt: æternus eſt. ſi æternus eſt αναρχοσ ideſt ſine pricipio. Hæc ubi deſeruit: Cilicum mare a cilicia cuius in conſepectu eſt denominatum contra ſe habet inſulam cyprum. Cyprũ a meridie. auſter Syriæ Phœniciæ quæ pelago cingitur: quod nunc mare pompeium e regione nauigaſſe deſcribit. Hæc littora: uidelicet ciliciam. Totos ſcopulos: uidelicet in inſulam cyprum. Exit in auſtrum: in eam partem quæ uergit ĩ meridiem

Inde maris uaſti: nec nauigauit in portum: ſed ex tranſuerſo mari curſum dirigens declinauit in caſſium montem. Montem: pharon ſignificat inſulam turrim magna altitudine mirificis operibus extructam montis inſtar: quæ nomen ab inſula accepit haud procul ab Alexandria hæc flammarum indicio a longe ĩſpicitur eius lucis uſus eſt ad prodenda noctis uada: tutumque portus introitum. Pugnaci uelo. Quia uentos habebat aduerſos: quaſi præſagi eſſent uenti eius quod futurum erat. Septimus amnis: ſeptimus ramus: nam ſeptẽ hoſtiis in mare deſcendit quorum unum Peleus appellatur. Tempus erat. deſcribit tempus quo pompeius ægypti apropinquauit: deinde & locum ubi & forte Rex ptholemæus erat: qui pompeii aduẽtum tumultuarium concilium habuit: in quo duæ diuerſæ ſententiæ habitæ ſunt. Altera erat Achorei ſenioris ut pro amicitia & antiquo fœdere: quæ patri eius cum pompeio erat benigne ſuſpiceret. alia uero Photini factum eſt. Quo libra pares: Equinoctium inquit erat cum pompeius appropinquauit ægypto. libra die quindecimo ſeptembris oritur: & in ea ſol intrat circa meridiem. quo die tantum lucis & noctis æqualitas eſt. nam continuo noctes ſenſim augentur. idque per exiguum: adeo ut ſentiri uix poſſit. Examinat: penſat & alluſit ad nomen quaſi libra quod ſignum eſt æqua luce dies ac noctes penſet. Non una plus: nam uno die ſolum æqualitas eſt lucis ac noctis. Repẽdit: reconpenſat. Aeterni damni: Ver incipit decimoſeptimo martii quo die ſol intrat arietem: & hunc diem ſolum nox adæquat. nam ſtatim decreſcit cuius dimininutionis exiguitas uix percipitur ergo ſicut autunno creſcunt noctes: ita uere decreſcunt: & ita quod damnum uer intulerat noctibꝯ decreſentibus: reparat deinde autunnus creſcentibus. Comperit ut regem: Non uenerat ad caſſium montem: ſed ubi comperit regem ibi eſſe flexit iter: forte accidit ut his diebus ſororem regno expulerit per amicos & propinquos & caſtra apud Caſſium habebat contra ſororem. Caſſius Mons eſt in aſſyria: peluſio ægypti conterminus: haud longe a loco: qui Oſtracine dicitur nobilis ſepulchro põ. Nec phœbus: quia adhuc dies erat. Carbaſa languent. Quia uentus flabat. Iam rapido ſpeculator eques.

Horreat: innocua eſt æ[t]a: nec iura fidemq;
Reſpectumq; deum: ueteris ſperaueris aulæ
Nil pudet aſſuetos ſcœptris mitiſſima ſors eſt
Regnorum ſub rege nouo: non plura locutuſ
Impulit huc animos: quantũ ſpes ultima rerũ
Libertatis habet: uicta eſt ſententia magni.
Tunc cilicum liquere ſolum: cyproq; citatas
Immiſere rates: nullas cui prætulit aras.
Vnde diua memor paphiæ: ſi numina naſci
Credimus: aut quẽquam fas eſt cœpiſſe deoꝝ
Hæc ubi deſeruit pompeius littora: totos
Emẽſus cypri ſcopulos: quibꝯ exit in auſtrũ.
Inde maris uaſti tranſuerſo uertitur æſtu.
Nec tenuit caſſium nocturno lumine montẽ
Infimaq; ægypti pugnaci littora uelo
Vix tetigit: qua diuidui pars maxima nilo:
Inuada decurrit peluſia ſeptimus amnis.
Tempus erat quo libra pares examinat horas
Non uno plus æqua die: noctiq; rependit.
Lux minor hybernæ uerni ſolatia damni.
Cõperit ut regem caſio ſe monte tenere guẽt
Flectit iter: nec phœbꝯ adhuc: nec carbaſa lã
Iam rapido ſpeculator eques ꝑ littora curſu

Iam inq̄t eqtes qui ſpeculatū miſſi fuerāt audiuerāt enim de clade pompeii nūciabāt regi aduētare pompe ium. Pauidam :ambiguā quid cōſilii caperet. Vix tempus cōſilii:quia ſubitus erat pompeii aduentus. Oīa mōſtra:monſtra appellat uicioſos regis conſiliarores:quia ut ferme fieri ſolet:miniſtri regū ſunt fla gitioſi:nā ut regi aſſentētur:quæcūq; illi ætati placeāt:ſolēt excogitare quæ aūt adoleſcēti placeāt manife ſtū eſt. Pellæ.i.domus alexandriæ. Quos iter:inter quos unus tātūmodo ſenex q bene ſentiret: ſed ſemp maior pars minorē uīcit. Hūc genuit:dicit hunc originē hūiſſe a memphite quæ ē pars ægypti. Cuſtos nili.c.i.nā ibi apis cōſeruabat:quo naſcē te ſemp nilus creſcebat:& ſi forte nō naſceretur pro malo omine hēbatur:q̄ ſi iratus eēt deus nā īter cæ tera quæ ægyptus hēt digna memoratu bouē præ cipue mirātur:quē apim uocāt hūc ad inſtar colunt numinis inſignē albæ notæ mirādæ: quæ dextero eius lateri ingenita corniculātis lunæ refert faciem. ſtatutū æui ſpatiū ē:q̄ ut affuit:adeſt autē e nilo ſin gulis luſtris ꝓfundo ſacri fōtis īmerſus necatur: ne diē trahat lōgius q̄ licebit.Mox alter nec ſine publi co luctu uel dāno requiritur & reptū centū antiſti tes memphim perſecūtur:ut incipiāt ibi ſacris ini tiati ſacrificari:hunc igitur hominē dicit ſacra cele braſſe:propter quod grandæuū illū ſignificat. Va na: qa apim illū ſequebātur ex nilo naſcentē: quod ad inſtar numinis colebant. Cultorū deorū:nam cū apis naſceretur ſignificabat deos eſſe propitios Luſtra: expiationes. Suæ phœbes.i.ſuæ lunæ quā ī dextro armo geſtabat.nam alba nota inſignis: erat. Nō unus: quia ſæpe celebrauerat. Prima uox conſilii:& hic primus ſententiam dixit: Sa craq; defuncti.i.ſacra hoſpitii & amicitia iura quæ Ptholemæo ſeniori cū pōpeio fuerāt.nā Ptholemæ us ſenior ſicut in epiſtolis legitur & apud Valerium orta ſeditiōe pulſus ē ab Alexādrinis ille cōfugit ro mam:qua ī te præcipuæ adiutus eſt a pompeio. Ga binius qui poſtea eū reſtituit e ſenatuſcōſulto pō peii militū ptem regi in ægypto reliquit:& īter cæ teros.P.Septimium q ſub pompeio militauerat a quo una cum Fotino & Achilla pompeius occiſus eſt. Sed melior ſuadere:quia malus malo facili us ſuadet:q̄ bonus. Noſce tyrrānos:quia pro libi dine uiuere uolunt:neceſſe ergo eſt ut qui grati ty rānis uiuere uolūt aſſentētur. Ius & fas multos:

Hoſpitis aduentu: pauidam cōpleuerat aulā
Conſilii uix tempus erat:tamen oīa monſtra
Pelleræ coiere domus:quos inter aquoreus.
Iam placidus ſenio:fractiſq; modeſtior ānis
Hunc genuit cuſtos nili creſcentis in arua
Memphis uana ſacris illo cultore deorum.
Luſtra ſuæ phœbes non unus uexerat apis.
Cōſilii uox prima fuit:meritumq; fidemque:
Sacraq; defuncti iactauit pignora patris.
Sed melior ſuadere malis & noſce tyrannos
Auſus pompeium lœto damnaſſe photinus
Ius & fas multos faciunt ptolomæe nocentes
Dat pœnas laudata fides:cum ſubſtinet iqt.
Quos fortuna premit.fatis accede deiſq;
Et cole fœlices: miſeros fuge:ſydera terra
Vt diſtant:& flamma mari:ſic utile recto
Scœptrorum uis tota perit:ſi pendere iuſta
Incipit:euertitq; arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt quæ regna inuiſa tuetur:
Sublatuſq; modus gladiis:facere omnia ſæue
Non impune licet niſi cum facis exeat aulā
Qui uolet eſſe pius uirtus & ſumma poteſtaſ
Non coeūt ſemper metuet quē ſæua pudebūt
Non impune tuos magnus contēpſerit annos.

non utitur prohœmio & a tuto incipit argumentū uidelicet ab utili dicens multū differt inter honeſtū & utile:immo tanta differentia eſt inter utrūque:quantum differt dies a nocte. Ius & fas faciunt nocen tes:id eſt ſeruare ius humanum & diuinum facit homines nocentes:a præcedente quod ſequitur:ſi no cens eſt pœnam meretur .ergo faciunt nocentes:id eſt faciunt pœnam pati tanquam nocentes:ſi pthole mæus ſecundū ius & fas ſuſcepiſſet pom.pependiſſet pœnas a Cæſare nihilominus q̄ ſi nocens eſſet. Lau data fides:quia omnes finem laudant. Fatis accede:id eſt acquieſce uoluntatibus deorum fata ſunt ad uerſa pompeio:propitia uero cæſari.ergo ſequere fata. Cole:obſerua. Sceptrorum:tyrānorum. Vis tota perit.ſi reges inquit iuſtum ſeruare uoluerunt.regna cito amittent: non ita eſt:nam diuerſa eſt ty rānorum uita a regibus.tytanni.n.magis metui uolūt q amari. Pendere: ponderare exiſtiare reſpectus honeſti ſi uis tueri regnū tuū:fac ut tibi cuiuſcūque ſceleribus licentiā retineas: & occidendi & rapiēdi: & in exiliū mittendi. Libertas ſcelerū:quando aliquis cōtra uolūtatē ciuiū regnat inuiſū eſt regnū & alr̄ niſi per uim defendi poteſt. Sublatuſque modus gladiis:ut ſine modeſtia gladii exerceātur. Facere oīa ſæue nō impune licet niſi cū facis.i.niſi facere pſiſtis:& faciēdo pſeueras: ſi itermiſeris facere turpes res tūc tibi licētia auferet:ſed ſi cōtinue pſeueras facere tūc licet. Coeunt cōueniūt. Nō īpune tuos:qdo cā tur pis ē:iſinuatiōe uti debemus:& nō opus ē prohœmio oſtēdit qd utile ſit:nūc aūt deſcēdit ad ꝓprietates ꝓhœmii & ꝓbauit a tuto ꝓpoſitionē ſuā:nūc aūt adducit ī odiū hoc modo:nā cōſidērer pōpeiū hoc fa cere dicit quia tuam contemnit pueritiam: facito: ut non impune ſciat: ætatem tuam contemnendam.

Q ui te nec uictos arcere a littore noſtro
Poſſe putat:neu tu ſcœptris priuauerit hoſpes
Pignora ſunt propiora tibi.nilumq̧ pharonq̧
Si regnare piget:damnatæ redde ſorori.
Aegyptum certe latiis tueamur ab armis.
Q uicquid non fuerit magni dū bella gerunt
Nec uictoris erit. toto iam pulſus ab orbe.
poſtquā nulla manet rerum fiducia querit.
Cum qua gente cadat.rapitūr ciuilibus armis
Nec ſoceri tātū arma fugit:fugit ora ſenatus.
Cuius theſſalicas ſaturat ps magna uolucres:
Et metuit gentes:quas uno ſāguine mixtas
Deſeruit regeſq̧ timet quorum omnia merſit:
Theſſaliæque reus:uulla tellure receptus:
Sollicitat noſtrum quē nondū perdedit orbē
Iuſtior in magnum nobis ptolemæe querelæ
Cauſa data eſt quid ſe poſitam ſēperq̧ quietā
Crīine bellorū maculas pharon. aruaq̧ nr̄a
Victori ſuſpecta facis? cur ſola cadenti
H r c placuit tellus:in quam pharſalia fata
Conferres pœnaſq̧ tuas? iam crimen habēus

Qui te nec uictos:Exiſtimat te nec tantum uirium habere:ut uictos etiam a tuo regno prohibere poſſis. Non te ſceptri priuauerit hoſpes: noli inquit regnum tuum tradere pompeio: ut hoſpes priuet te regno. Pignora ſunt:probat a minori ad maius ſi noluiſti cedere ſorori:nec debes cedere pompeio:nam ex teſtamento pa꞉ris ſuccedere debet puella in regnum.nam apud reges primo genitus ſiue mas:ſiue fœmina fuerat ſuccedebat in regnum ꝙ ſi animum inducere potes ut regno ced?s: quid non cedis ſorori & ita bellum finiamus. Propriora habes neceſſitudine tibi magis conuictos q̄ pompeii. Pharon: ideſt ægyptum: nam clauſtra ſunt ægypti. Quicquid non fuerit: arguit a minori ad maius ſi noluiſti ſequi pompeium in fœlicitate:nec nunc ſequi debes: imo nec Cæſarem uictorem: qui pōpeiū ſequi uoluerunt in fœlicitate hi nec ceſarem quidem cogentur admittere:quia Cæſar ſolum modo erit inuiſuſ his qui ſecuti ſunt pompeiū. Dum bella gerent nondum uictoria ad alterum eorum īclinat. Nec uictoris:quia noſtrum non requiret regnum quaſi ulciſci uelit iniuriam:ꝙ ſecuti erimus pompeiū. Toto iam pulſus ab orbe: oratio eſt Achillæ quā habuit in concilio Ptholemæi regis aduerſus ſententiam achorei illius: qui cenſuerat hoſpicii iura ſeruanda eſſe:quæ antiquitus fuerant inter Ptholemæi regis patrem & pompeium: quæ tota oratio ī utilitate poſita eſt:nam quia diſcedit ab honeſtate relinquitur ut rationem tutam ſuæ orationis ſeq̄tur.arguit autem hoc loco ab in columitate: & ab ea parte tuti quæ incolumitas dicitur:nam tuti duas eſſe partes dicimus incolumitatem ſcilicet & potentiam.eſt autem incolumitas ſalutis tuta & integra conſeruatio:& locus ē ab attributis pſōæ. ſ. ab eo attributo qđ dr̄ factū quæ dr̄ facta caſus & orationes:ubi conſideratur quid fecerit:quid faciat: qd facturus ſit: quid fecit pompeius:fecit ut omnes q eum ſecuti ſint perierint. ergo qui eum ſequentur omnes peribunt:non eſt inquit tutum ſequi pom. quem omnes oderunt;: quia tantorum malorum cauſa fuit quorum & nos ſi eum ſequemur participes erimus.Ordo eſt:ille pulſus a toto orbe quærit cum qua gente cadat poſtquam & cætetera. Cum qua gente cadat: ideſt populo: ſicut cum his ante erit qui eum ſecuti fuerant. Rapit ciuilibus armis deeſt ab:ideſt fugit conſpectum ſuorum:quorum maior pars ciuili bello perierat. Arma ſoceri: ſcilicet propter metum. Ora ſenatus: fugit propter pudorem: nam ipſe cauſa fuerat malorum: ſicut ipſe aut quaſi ducis imperitia milites periiſſent. Theſſalicas uolucres: Quia cæſorum multa ciuium & ſenatorū corpora iacebant in campis philippicis:& expoſita erant feris & alitibus eſca. Metuit gentes: quia ipſe auctor fuit.ut bello ciuili proderentur ideo metuit eos qui ſuperſunt. Regeſque:ſcilicer orientis qui ſecuti fuerant pompeium:ſicut pharnaces & Tigrannes indiæ & armeniæ. Theſſaliæque reus:ꝙ imperitia Pompeii dicerent cladem illam accepiſſe. Nulla tellure: non habet quo confugiat. ſola relinquitur ægyptus quo ſe recipiat:ut ſi eum ſecuti fuerimus:ſicuti cæteri & nos pereamus. Iuſtior in magnū: nihil igitur eſt cum pompeiuſ de nobis queratur ſi illum occiderimus:nam iuſtius de illo nos coqueri poterimus: quia ad nos peruenit: ut nos uictori faciat inuiſos: nam illum ſuſcipere non poſſtmus: quī Cæſarem offendamus. Quid ſepoſitum: quaſi ad pompeium præſentem loquitur conquerens de ipſo ꝙ uidelicet ægyptios inimicos reddat Cæſari:hoc ipſo ꝙ ad illos confugiat. Quid: oſtendit iuſtā ſe cauſam habere conquerendi de pompeio. Sepoſitam: ſeorſum poſitam:ideſt ſeparatam a bello ciuili: quia nec hunc:nec illum ſecuta fuerat. Conferres: tranſferres: nam conferre proprie tranſferre ſignificat: ut ad hæc potiſſimum ſtudia contuliſſemus:ideſt trantuliſſemus. Pharſalica fata: uidelicet pœnas omnes quas meruerunt qui tecum in pharſalia ad uerſus Cæſarem pugnauerunt in nos trāſferres: nā ſi te recipiēus pata ſūt nobis a uictore ſupplicia. Pœnas:declarat cur dixit fata. Iā crien hêmɔ â ēt ſi te non ſuceperimus: tamen hoc ipſo ꝙ ad nos cōfugeris:nō ſine crimine erius:niſi te occidemus.

Purgandũ gladio:ſi quã culpã nõ poſſumus niſi cæde tua fugare. Quod nobis ſceptra ſenatus:hactenus ꝓbauit nõ eẽ tutũ recipere põ.oẽs oderũt & hoc ab attributis pſonæ qa ſicut oẽs q ſecuti ſũt põ.perierũt:ita & q ſequunť perituri erũt:& eo magis ꝙ uictus:nũc poſtq̃ rationes ſuas confirmauit refellit obiectiones:a fieri poſſet,obiici poterat uiciũ ingratitudinis q.ſ.põ.auctor fuerit:nec auctor ſolũ.ſed auxiliator ptholemæi in regnũ reſtitueret. nã ut in hiſtoria legiť. Ptholemæus auletes ut dicit Strabo pr̃ huius regis ptholemæi p flagitia ab Alexãdrinis pulſus romã ſe contulit:ut in regnũ ro.opibꝫ reſtitueret: qua ĩ re maxime

Purgandum gladio qđ nobis ſcœptra ſenatuſ
Te ſuadente dedit:uotis tua fouimus arma.
Hoc ferrũ quod fata iubẽt proferre paraui
Non tibi:ſed uicto:feriam tua uiſcera magna:
Malueram ſoceri:rapimur quo cuncta ferũť
Te ne mihi dubitas:an ſit uiolare neceſſe
Cum liceat? quæ te noſtri fiducia regni.
Huc agit infœlix? populum nõ cernis inermẽ
Arua quæ uix refugi fodiente mollia nili?
Metiri ſua regna decet:uireſq; fateri.

adiutus eſt a põ. ſenatus cõſtituit in regnũ eum reſtitui p Gabiniũ q paucos milites de exercitu quẽ habebat i alexandria accepit & regẽ ĩ Alexãdriã reduxit confecto bello magnã militũ prẽ apud regẽ reliquerat: iter quos Septimius unus fuit q mãibꝫ ſuis põ.occidit. Nunc ergo refellit obiecta necẽ inqt ꝙ nos ĩgratos appelles o põpei:nã ſi nobis fauiſti tunc cũ reſtitutus ẽ pater in regnũ & nos non deſtitimꝫ rogare deos:ut tibi uictoriã pſtarent: ſed diis aliter uiſum ẽ quo neceſſitas nos thrait eo ſeq uolumus: nã maluimus inqt te uictorẽ eſſe q̃ Cæſarẽ & ipſum a nobis interfici:ſed qa dii uoluerunt hoc non uolũtati noſtræ attribuendũ ẽ.ſed neceſſitati.Ptolemæꝫ Auletes: ut oſtendiť a Strabone pater Cleopatræ eiectus regno ab Alexãdrinis:quia flagitioſus erat & coraulam in regia celebrabat:profectus romã a põ. ſuceptus ẽ ac ſenatui cõmẽdatus:egitq; de reductione eius ac de nece legatoꝝ:qui ſupra.C.contra regẽ uenerant:e quibꝫ fuit Dion achademicus princeps legatiõis. Ptholemæus itaq; a Gabinio reductus: Archelaum quem regem ſibi Alexandrini aſſciuerant interemit ac propriã filiã :ſed non multo poſt morbo aſſũptus ẽ:relictis duobꝫ filiis & totidẽ filiabꝫ:quaꝝ grandior erat Cleopatra:alexandrini & pueꝝ natu grãdiorẽ & Cleopatrã regno præfecerunt:ſed pueri familiares mota ſeditione Cleopatrã eiecerunt: quæ poſtea in Syriã cũ ſorore ſeceſſit.Interea magnus ex phalepharſolo fugiẽs ĩ caſſiũ montẽ ac Peluſiũ uenit:ibiq; a regis familiari dolo obtrũcatus ẽ. Cæ. cũ aduentaſſet adoleſcentulũ intermit & Cleopatrã ab exilio reuocatã ægypti reginã cõſtituit:atq; ei ni regni partẽ reliquũ fratrẽ addidit admodũ iuuenẽ. Votis.ſ.deos rogando:ut uictor eſſes. Hoc ferrũ:quod nũc nudať in cædẽ tuã:parauerã non ad te interficiendum ſed cæ. Proferre:nudare contra te.fata non uoluntas noſtra. Non tibi:ſed uicto. ac ſi dicat niſi uictus eſſes hoc nõ facerẽ:ſed quia uictus es ideo nõ poſſumus te ĩcolumẽ r̃linquere quin magno periculo noſtro fiat. Feriã tua uiſcera:non occidã te. Rapimur:quo .c. argumentũ ẽ a neceſſario: neceſſitas duplex ẽ in arte Rhetorica.una & abſoluta cui r̃ſiſti nullo modo poteſt.alia cum adiectione.ſimplex neceſſitas ẽ:ut ſi dixeris moriendum ẽ homini aliquando.at uero ſi dixeris homini requieſcendum ẽ aliquando ẽ cum adiectione:niſi malit laſſitudine cõfici:ita hoc loco Neceſſe ẽ occidere pompeium: niſi nos perire maluerimus:hæc ẽ neceſſitas cum adiectione. Ne:ideſt dubitas an ſit neceſſe uiolare te cum liceat:an deceat: an neceſſe ſit:magna differentia ẽ inter licere & decere.nam omnia quæ licent decent:ſed non e contra. ideo dicit. Cum liceat:ideſt nobis poteſtas & facultas ſit occidendi te quaſi dicat non debes dubitare an deceat: quia omnes ſuam incolumitatem anteponunt aliorum utilitati:ſed illud oſtendit quod ſi te ſuſceperimus nec te quidem tueri poterimus:& nos in periculum ſalutis conii ciemur.ergo quia & cætera. Quæ fiducia noſtra:ab impoſſibili arguit. hoc modo non poſſumus defendere pompeium.Nam uires noſtræ exiguæ ſunt:quæ uictori reſiſtere non poſſunt:ſed ſi tandem ſuſceperimus periculum omnen in nos conferemus. ergo quando nulla utilitas ſecutura ẽ. niſi ſuſceperimus pompeium: immo nos in periculum uenturi ſumus: ſacius eſt illum occidere. Quæ te fiducia noſtra: quaſi dicat o infœlix pompei non ne uides uires noſtras non ſufficere:& opes quæ te poſſint in hoc caſu defendere. Populum inermem: argumentum eſt a genere & attributis perſonæ: geus autẽ diuiditur in patriam & nationem: ut græcus eſt: ergo ſuperbus. pœnus eſt ergo perfidus. ægyptius: ergo mollis & imbellis.non tutum eſt ergo cõſilium: ut qui alterius auxilio indigeat ad gentem mollem & eneruem cofugere: & ideo qua fidutia huc confugiſti. Mollia arua: uix inquit uires noſtræ ſuppetunt ad colendum agrum & eum quidem mollem:qui adeo per ſe fertilis eſt:quum inundatus fuerit nilo: ut nullo uel paruo admodum labore egeat. Metiri ſua regna decet uireſque fateri: Hactenus a parte tuti argumenta ſua fecit Achillas:nunc a prudentia arguit. prudentiæ partes tres ſunt. Memoria: intelligentia: & prouidentia: ab ea uires ſuas conſiderare diligenter:& non ſuſcipere plus negocii:q̃ ferre poſſit. Decet:ſcilicet uirum prudentem. Fateri uires:quia ſi exiguæ ſint:non debes eos extollere:& oſtendit non eſſe opes ægyptiorum eiuſmodi:quæ poſſent cladem hanc reſarcire:quam Pompeius Magnus acceperat.

Tu ptholemæe potes: magni fulcire ruinam
Sub qua roma iacet? buſtū cineresq́ꝫ mouere
Theſſalicos audes? bellūq́ꝫ in regna uocare?
Ante aciem æmathiā nullis acceſſimus armiſ
Pompeii nunc caſtra placēt: quæ d̄seris orbis
Nunc uictoris opes: & cognita fata laceſſis
Aduerſis non deeſſe decet: ſed læta ſecutos
Nulla fides unq̄ miſeros elegit amicos.
Aſſenſere omnes ſceleri: lætatur honore.
Rex puer inſueto: quod iam ſibi tanta licere
Permittant famuli ſceleri delectus achillas.
Perfida qua tellus caſſiis excurit harenis.
Et uada teſtantur iunctas ægyptia ſyrtes.
Exiguam ſociis monſtri: cladiſq́ꝫ carinam
Inſtruit o ſuperi nilus ne & barbara memphis
Et peluſiaci tam mollis turba canopi:
Hos animos? ſic fata premūt ciuilia mundū:
Sic romana iacent: nullos ne in cladibus iſtis
Eſt locus ægypto. phariuſq́ꝫ mittitur enſis
Hanc certe ſeruate fidem: ciuilia bella

Fulſcire: ſubſtētare. Rōa: īperiū ro. qa cū eo uictus ē pō. Ruinā: cædē theſſalicā. Buſtū mouere .ſ. ut eā ſupplere uelis. Bellū: qđ ātea a nobis remotū fuit: ī te ipſū trāſferre auſus fueris. Ante aciē æmathiā: poſtq̄ a prudētiæ ptibꝰ arguit. nūc hāc argumētationē exornat a maiori ad minus: nā a ſimili a maiori ad minus a minori ad maius: ab exēplis a cōtrariis illā exornare cōſueuimꝰ, prīo a maiori ad minus, deīde a cōtrario: a maiori ad minus hoc mō. Si pō, cū ī fœlicitate erat defēdi nō potuit quomō nūc uictus defēdetur? minime. a cōtrario: quē ī ꝓpriis r̄bꝰ ſecuti nō ſumus eūdē ī aduerſis ſeq̄mur? q. d. nō nā ſecūdæ res & aduerſæ cōtrariæ ſūt. Aciē æmathiā: uidelicet nec pō. nec cæ. Nūc: poſtq̄ uictus ē. Laceſſas: ꝓuocas Cognita fata: qa āte in dubio erat uter eoꝝ uictor futurus eēt. nūc āt manifeſtū ē uictorē fuiſſe cæ. ergo fata cæ. manifeſta ſūt: q̄ ante ī dubio erant. Aduerſus nō deeē decet: facit obiectionē deīde reſpondet. dicet aliqs nō decet deeſſe ī aduerſis amicis. fateor inqt. Sed læta ſecutos. i. illos decet ī rebꝰ aduerſiſ amicis nō deeē q̄ amicos ī ſecunda fortūa ſecuti fuerunt. nos āt nō ſumus pō. in ſecūdis rebus proſecuti. ergo uitio nobis dabit̄: ſi illū in aduerſis ſeq̄mur. Nulla fides unq̄: nemo unq̄ tā fidelis fuit: ꝙ amicū ī miſeria eligere īcœperit. ſi delegimus amicū ī fœlicitate: debemus eūdē tueri ī aduerſitate: at uero deligere eū in miſeria amicū: quē in felicitate nō delegeris ſtulti eēt atqꝫ demētis. Aſſenſere oēſ ſceleri: nūc oſtēdit quē affectū achillæ habuerit oratio: dicit omnes huic ſentētiæ aſſenſiſſe. qꝛ. ſ. tuta uidebat̄ Lætat̄ ī ſueto honore: ipſe ēt qꝛ puer eēt gaudebat ſibi tantū licētiæ dari: ut pō. de medio tolleret. Achillas: qa ī pueritia fuerat ſub tutela achillæ. Famuli: ſub quoqꝫ tutela fuerat. Sceleri. d. achil. q fuerat cōſilii & electus ē auctor ſceleris. Perfida quā tellus: nunc dicit quomodo Achillas huic cædi ſe preparauerit ut occideret pompeium: & oſtendit unde nauigare cœpit Achillas cum ſociis: ut pompeio occurreret: quem interficiendum cenſuerat. dicit enī cœpiſſe ab eo loco: ubi caſtra ptholemæus iunior poſuerat ad uerſus Cleopatram ſororem cum illam e regno pepulit. nam in teſtamento patris ſcriptum erat: ut qui maior natu eſſet ſiue maſculus an fœmina eſſet. illa uel ille regnaret: regnabat ergo Cleopatra: quia maior natu erat: ſed ptholemæus puer poſtquam ad adoleſenriam peruenit conſilio amicorum & factione ſororem e regno pepulit: & aduerſus fratrem caſtra poſuerat Cleopatra. nam & ipſa multos habebat qui eam ſecuti fuerant. ad montem uero caſſium caſtra poſuerat pompeius. eſt autem mons aſſyriæ conterminus Peluſio qui unus eſt ex meatibus nili. hic nauem paratam habebat Achillas aduerſus pompeium impellere iuſſit: & in mare ipſum nauigare cœpiſſe dicit. Monſtri: monſtrum ſcelus appellat quod contra pompeium parabat̄: ideſt mōſtroſi ſceleris. Syrtes: nā ægyptus ab occaſu ſyrtes habet. Cladis: pōpeii uel quod non mihi diſplicet. Gladiis: gladiatoribus. O ſuperi: hic poeta exclamat contra indignitatem: quia pompeius eſt a ptholemæo iuſſus occidi. dicit enim indignum fuiſſe ptholemæum regem qui manus ſuas uel miniſtrorum ſuorum in mangni ducis cruore pollueret. num inquit inueniri potuit aliquis in ægypto: quæ molliſſima gens eſt orbis terrarum: qui tantum facinus auderit uſque adeo inquit ad imum redactæ ſunt res Romanæ: ut pompeius dux Romanus ab ægyptiis ſatellitibus occidatur. Hos animos: ſcilicet habuit. Nilus memphis: ſunt enim partes ægypti: ſed pro ægyptiis poſuit. Barbara: omnes enim barbaros maiores apellabant præter græcos & romanos. Peluſiaci canopi: ideſt ſinus ægyptii. nam peluſium unus eſt ex ſeptem meatibus nili ergo peluſiaci pro ægyptiatico poſuit. Mollis: Eneruis & effœminata. Sic: uſque adeo. Premunt: opprimunt fata: ut nuſquam inueniatur niſi in ægypto qui hanc cædem ſuſpiciat. Hos animos: ut ægyptii audeant hoc ſuſcipere ſcelus. Vllis ne in cladibus: poteſt ne inquit ægyptus ad hoc facinus ſufficere. ac ſi. d. non eſt ægyptus tanti ut mereatur occidere pompeium. In cladibus iſtis: uidelicet in cæde pō. Hanc certe ſaruare fidem: in hoc inquit fidem ueſtram requirimus o ſuperi uelitis ut ſi pō. occidēdus ē a ro. occidat̄ nō a barbaro. In hoc. ſ. ſeruat̄ fidē: ſi ī aliis ſeruar̄ nō uultis. Præſtar̄. ſ. ī hāc cædē.

Inde:ex illo rogo. Rapit:rapti capit. Subduceſ.ſ.a corpore uel a manibꝫ illius. Vmbra:o aïa. Neglecta:ꝙ nullo cuſtode cōburiť. Nec ulli cara tuo.ſ.qa ſi chara eēs:tui te cuſtodirēt uſqꝫ ad ultimū buſtū. Iā cōpoſitū:qa rogo ſupīpoſitū cōburebať. Buſtū:q̄ ī cōbuſtū. Manus hoſpita.i.mei hoſpitis externi .Si qd ſēſus poſt fata:reſpexit ad opinionē epicureorū falſā ac ſtolidam.ꝙ aīa ſimul cum corpore extinguere/tur. Scio inquit ſi poſt mortem ſenſus aliquis ſupereſt: ꝙ tu quoque uolens ac libens mihi concedes: ut ignem de tuo rogo ſuſpiciam. Rogo: ſcilcet pom. Pateris:ſcilicet libens. Teque pudet:& non ſine pudore hoc uidēs ut corpus tuū cremeť:pomp.uero corpus īhumatū relinquať. Plenuſqꝫ ſinus.i.habēs ſinus plenos: tāta cupiditate cōburendi ferebať. Fluctu relatus: qa dū inūdat mař pene a littoř ī maria retulerat corpus. Relatus:delatus a littore in mare. Dimouit:ſepauit. Sūmas:ſupficiē harenæ. Procul.i.ante oculos.nā utrunqꝫ ſignificat: & porro ab oculis & præ oculis. Premūt nobile corpus a co. ꝓ a nobili corpore nulla robora premunť.hyppal/lage ē:qa robora nō erāt.ſed fragmēta carinæ. ſignificat āt nō altū & ſublime rogū ſtructū:ſicut ꝓ qualitate fortunæ rogus ſtrui ſolebat. Nulla ſtrue: qđ obſcurius dixerūt poetæ:ī ſequentibꝫ declarāt. ē ergo ipetepexegeſis. ſ. expoſitō ὑπὸ ſub ἐπὶ ſupra ἐκτος extra ἐξήγησις naratio. Strues: rogi. Ille ſedens iuxta: Codrus poſtq̄ rogo fragmētis nauis cōſtructo pō.cadauer ſupimpoſuit:ueniā ab eo petiit: ſi nō ꝓ ipius dignitate ſepulchꝝ pararet:ꝙ ſi iqt maluiſſes īhumatus iacere:tamē uile ſepulchrū cā fuit q̄ me īpelleret:ut ī hoc qdē q̄lecūqꝫ ſit ſepulchro ia/ceres:qa.ſ.metuebā ne eſca fieres piſcibꝫ & alitibꝫ & feris: ſed ſi mihi.dabiť facultas nō patiar te ī hoc iacere:ſed iubente cornelia ego te in maiorum ſepul/chra transferam. hæc ubi dixit rogo flammam ſubiecit. Iuxta flamma: Scilicet rogi pompeii. O maxime ductor: nam pompeius ſicut in hiſtoria legimus fama ſui nominis totum orbē īpleuerat: cū maxīe reges atqꝫ nationes bello ſub egiſſet. Vna: .i.ſola. Si tibi iactatu.ſ.maluiſſes fluctibꝫ maris dilacerari q̄ ī hoc humili ſepulchro ſepeliri. iuſta cā ē cur mihi ignoſcas:cū hoc aīo feceri ne corpus tuū eſca fieret alitibꝫ:piſcibꝫ:& feris. Iactatu undarū. Triſtior.i.tibi moleſtius ē tale ſepulchrū ſeq: q̄ nullū. Obſecro auerte:remoue. Officiis meis:hoc eſt ne cōſideres uile meū officiū: ſed officii religionē & pietatē:q̄ me īduxit ut hoc facerē. Fati: diſpoſitōiſ diuinæ:qa uſqꝫ adeo fata tibi aduerſa fuerūt:ut periculū ſit:ne ſi hoc uile ſepulchrū cōſeq̄ris:non diripiaris:aut lacereris omnino a feris & alitibꝫ: iō non ē nefas putandū:ꝙ ego te hoc uili ſepulchro cōdide/rim. Ne bellua.i.piſcis marinus: Fera: ut leo & lupus. Volucres: ut uultures. Audeat: ſcilicet aliquid contra corpus tuum. Quantum potes: q̄ celerrime fieri poteſt benignus & libens cremeris.

Exiguam: humilem. Romana manu: ſcilicet manu romani ciuis. Recurſus in heſperiam: id/eſt ſi dii conceſſerit: ut in italiam redeam:non patiar te hic iacere. Hac in ſe. tam humili ſepultura. Cornelia accipiet:& accipiendo noſtro uteť miniſterio. In urnam:ſcilicet maiorum tuorum. Interea: ideſt dum tempus illud aduenerit: ut in ſepulturam digniorem transferri poſſis. Signemus ſaxo. Vt dignoſci poſſit: ubi nam reliquiæ tui corporis iaceant. Vt nota: ideſt notatio & ſignum. Buſto: ſepulchro. Perēptū:ideſt manes tui perempti. Plenos:ideſt perfectos tuos honores: nā mortis honorē ſepulchrū appellat. Arenas:ubi ſitus ē cognoſcat. Referat caput:ut totū corpus ī uno ſepulchro cōdať.

Excitat:incedit. Inualidas:infirmas flāmas. Ad moto fomite:id eſt appropiquatis lignis aridioribus nam fomitem appellat materiam aridam qua fouetur ignis. Carpit: ſcilicet corpus pompeii. Diſtillat:liqueſcit. Lentū:tardum. Fouens:paſcens. Tabe.i.adipe corporis ignis accendebatur:ideo paſcebat. Sed iam percuſſerat aſtra:iam illuxerat cū ſibi metuens Codrus incohatum ſepulchrū reliquit. poſtea pietate coactus eſt redire etiam cum diſcrimine ſalutis ſuæ. Dies premiſſa auroræ:id eſt ante aurorā. Percuſſerat aſtra:quia ſupueniente die aſtra offuſcantur:maior lux minorem offuſcat. Ordine rup

Excitat inualidas admoto fomite flammas
Carpitur & lentum magnus diſtillat ĩ ignem
Tabe fouēs buſtum.ſed iam percuſſerat aſtra
Auroræ premiſſa dies:ille ordine rupto
Funeris attonitus latebras in littore quærit.
Q uam metuis demēs iſto pro crimīe pœnā?
Q uo te fama loquax omnes accipit in ānos?
Cōdita laudabit magni ſocer impius oſſa.
I modo ſecurus ueniæ.faſſuſq; ſepulchrum
Poſſe caput cogit:pietas imponere finem
Officio ſemiuſta rapit.reſolutaq; nondum
Oſſa ſatis neruis:& inuſtis plena medullis.
Aequora reſtrinxit aqua:congeſtaq; in unum
Parua clauſit humo:tūc ne leuis aura retectoſ
Auferret cineres:ſaxo compreſſit harenam.
Nautaq; ne buſtum religato fune moueret.
Inſcripſit ſacrum ſemiuſto ſtipite nomen.
Hic ſitꝰ ē magnꝰ placet hoc fortūa ſepulchrū
Dicere pompeii:quo condi maluit illum.
Q uā terra caruiſſe ſocer? temeraria dextra
Cur obiicis magno tumulū? manēſq; uagātes
Includis? ſitus eſt qua terra extrema refuſo
Pendet in oceno: romanum nomen & omne
Imperiū magno tumuli ē modus:obrue ſaxa

to: Interrupto rogo incohato ſe in latebras proripuit:ne forte deprehenderetur in hoc funeris officio. Demens iſto pro crimine.p. reprehendit illum Lucanus dicens illum nequicquam timuiſſe. nam nec ipſe quidem Cæſar adeo crudelis eſt: ut ſepultura pompeium prohibere uelit. Crimine: ſicut tu exiſtimas. Fama loquax: diuulgans: non adeo eſt culpa quod officium tuum fecit: ut tui nominis fama perpetuo duret. Condita laudabit: ne timeas inquit ipſe etiam Cæſar q̃uis impius ſit laudabit hoc officiū tuū.i. Modo nec metuas ueniā tibi datum iri. Faſſuſq;.i. fatere te feciſſe ſepulchrum: & hoc amplius agas caput ēt poſſe quod habiturus es:ut reliquo corpori coniūgas. Cogit pietas:ut officium impleat incohatum

Plena:quia non bene uſta erant oſſa. Neruis.ſ.

Congeſta in unum:id eſt omnia ſimul compoſita Tunc ne leuius & ne forte aura effoderet oſſa: non profundius demiſſo ſaxo preſſit. Auferret:auellet. Rectos:apertos. Nautaque:& ne forte nauta illic ſepulto ſaxo religaret nauem: & fune forte trahēti ſaxum remoueret inſcribit ſaxo epithaphium ut dignoſci poſſet ibi conditas magni reliquias

Semiuſto ſtipite:uidelicet carbone litteras & notas epithaphii. Hic ſitus eſt magnus id eſt poſitus eſt pompeius. Placet hoc fortuna: ita uoluiſti o fortuna: ut hoc ſepulchrum pompeii fieret.

Quo condi.Cæſar maluit pompeium tam uile ſepulchrum conſequi quam omnino in humatum iacere. Condi.ſepeliri. Terra: ſepulchro. Temeraria dextra:Hic Lucanus Codrum quaſi reprehendit:quod dicat ibi nomē eius comprehendi: ꝙ fama ipſius & gloria totum orbem terrarum impleuerat. Obiicis tumlum:id eſt cur pompeium tumuli breuitate coerces. Maneſque uagantes: quod ibi una cum corpore nomen eius ſepultum ſit:an neſcis ipſum totum orbe terrarum cognitum: ac celeberrimum eſſe. Vagantes: id eſt totum orbem pererrantes. Situs eſt: non eſt hoc tanto tumulo ſitus magnus: ſicut tu dicis: ſed eſt poſitus ea parte qua ſol orirur & occidit: hoc eſt in omnes partes terrarum: & ea parte qua. Terra extrema: uidelicet uſque ad extremos terrarum fines peruenit pompeii nomen & fama. Refuſo pendet oceano:Mare oceanum totum terratum orbem ambit: & terra dicitur ibi pendere quod in centrum deſcendit: nec in aliquam partem declinare poteſt natura enim eſt corporis cuiuſque grauioris ut in centrum deſcendat quaſi in locum ſuum. terra ergo cum grauior ſit omnibus elementis ſuo pondere libratur in medio totius orbis: & primo quidem aqua: deinde aere: poſtea uero ſuperiori elemento ſuſtinetur: ut in nullam partem inclinare poſſit: quin ſuperius tendat: ideo ſuo pondere librata ſuſtinetur terra. nam in quamcunque partem inclinaret:niſi &,cætera. Refuſo : Recluſo:uel reſpexit ad naturam maris quod fluit & refluit. Magno tumuli: ſi uis menſuram & modum ſepulchri ſcire pompeii o codre: ſcito late patere nec breuis eſſe:quam quo fama populi romani perueniet. Modus:menſura. Obrue: ſubmerget fluctibus maris. Hæc ſaxa:quibus coerceri pompeium iuſſiſti: nam id etiam ſuperius inuidioſum eſt: ut dicatur pompeium tam breui tumulo coerceri. non enim ſine deorum inuidia hoc fieri aut dici poteſt. Crimine plena:Quia uoluerunt tam

humili ac ſordido te ſepulchro condi. Si tota eſt:a minori ad maius arguit:dicit enim ſi alii quorum uirtus inferior fuit magna & ampla monumenta conſecuti ſunt:quid non pompeius & ipſe conſequi debet. non enim inferior Hercule dicendus eſt:non regibus ægyptiis:quia magna moles pyramidum pro ſepulchro habuerunt:quæ nam inqt indignitas eſt:ut nnus lapis ſufficiat ſepulchro pompeii:cum hercules ꝓ ſepulchro totũ oethen montem occupauit & liber pater Nyſam alteram partem parnaſi. Tota oethe: græce. ὁ οητήσ τοῦ οητου latine oethe tes mons ubi conbuſtus eſt Hercules a philothete cui arcum & ſagittas dono dedit.

Crimine plena deum.ſi tota eſt herculis œthe
Et iuga tota uacant: bromio nyſeia quare
Vnus ĩ ægypto eſt magno lapis: omnia lagi
Rura tenere poteſt:ſi nullo ceſpite nomen
Hæſerit:erremus populi cinerumq; tuorum
Magne metu niſi nullas calcemus harenas.
Quod ſi tam ſacro dignaris nomine ſaxum
Adde actus tãtos:monimẽtaq; maxima rerũ
Adde truces lepidi motus: alpinaq; bella
Armaq; ſertorii reuocato conſule uicta:
Et currus quos egit eques cõmertia tuta
Gẽtibuſ & pauidoſ cilicaſ mariſ adde ſubactã
Barbariẽ gẽteſq; uagas:& quicquid in euro
Regnorum boreaq; iacet dic ſemp ab armis

Nyſea:nam parnaſus mõſ boetiæ diuiditur in duos colles.ſcilicet in cyrram ubi colit apollo & nyſam ubi colitur bacchus. Tota uniuerſa. Bromio :id eſt libero patri multa nomina habet Bacchus:quorum unum eſt Bromius ſed græce abſoluitur:βρομιοσ: quo mænades utũtur: tũc cũ plenæ deo id eſt uino orgia bacchi celebrant. Rura tenere põt:uidelicet dignitate ſua ita meruit occupare. Lagi:uidelicet omnia quæ tenuit lagus qui primus rex ægypti fuit. Erremus: pro errabimus. Nullo ceſpite:melius fuerat o Codre:ut nomẽ pompeii nuſquã ſcriberetur: quia uniuerſam ægyptum pro ſepulchro haberemus: nec ĩ ægypto ullum locum calcare auderemus:ne poſtea piaculum cõmitreremus. Calcemus:ne forte calcemus cineres pompeii. Nili: ægypti fluuii pro ipſa ægypto poſuit. Quod ſi tam ſacro: ſed ſi placet o Codre nomen pompeii inſcribere ſaxo plenũ facito epithaphium:& ibi res eius geſtas inſcribe:& ita breuiter perſtringit geſta pompeii. Actus: res geſtas. Si dignaris:id eſt dignum facis. Momentaq; maxima:id eſt maximarum rerũ hiſtorias. Adde truces lepidi motus:hic lepidus acta ſyllæ reſcindere tentauit: quem auſpiciis pompeii.Qu.Catuluſ bis ab alpibus & Italia pepulit: hic in Sardiniam quo confugerat:bellũ mouit:inde pulſus paulopoſt:periit. Truces motus: Qui audebat acta ſyllæ reſcidere qbus reſciſſis bellũ ciuile renouareſ. Alpia:unde pulſus fueratt Armaque Sertorii:nam Sertorius populi romani hoſtis iudicatus hiſpaniam occupauit:& ibi magno exercitu cõparato bellum aduerſus populum romanum geſſit in quo ſæpe uictor euaſit.tandem cum a metello propemodum uincereſ: ut uictoriæ ſpes magna eſſet factione pompeii lata eſt lex:ut ſucceſſor mitteretur Metello & ipſe pompeius electus eſt: qui contra Sertorium mitteretur: qui deinde per proditionem Sertorium oppreſſit nam Perpenna cum ſuis ipſum inter epulas trucidarunt.ideo. Reuocato conſule:id eſt metello in cuius adminiſtratione ea omnis prouincia poſita fuerat. Et currus:Triumphauit enim ſimul de Africa: de Hiſpania: occiſis hic Domitio:illic Gn.Carbone. Ante ætatem:quod non licebat:tamen ipſe obtinuit:& cum reſiſteret ſylla ne contra leges triumpharet:quamquam auſpiciis ipſius res bene geſſerit.Tũc Pompeius triumphabo inquit:& Sylla quomodo ne tu cum adhuc puer ſis audes dicere triumphabo contra leges & ſtatuta populi romani contra uoluntatem meam: quare inquit pompeius. tu es tanquã ſol occidens:ego uero ſum:tanquam oriens quo audito ſylla animi magnitudinem admiratus eſt:& magno clamore dixit ſæpius triumphet triumphet:& ita triumphauit. Comertia tuta gentis:id eſt debellatis pyrrhatis:quia tunc demum comercia tuta eſſe cœperunt:poſtquam pyratæ debellati ſunt qui uniuerſum mare reddiderant infeſtum adeo ut portum romanorum occupauerint:& ibi prætorem cum lictoribus in ipſo portu hoſtiæ ciuitatis uicerint. Genreſque uagas:Hiberes:Alamanos:Albanos:Hyrcanos:Colchos:Aemaos:Cilices & cæteros populos montis Caucaſi:id eſt quod ait barbariem:& gentes uagas. Quicquid euro regnorum:nam Caucaſus mons orientalis eſt:qui inter Eleos & mare cimericũ: & Albanos ultra Caſpium montem ſub ſeptentrione iacentem porrigitur.nam incipit hic mons ab oriẽte & uſque ad Caſpium extenditur:& Albani continentur & dum perſequitur Mitridatem Pompeius: complures huius montis accolas armis ſubegit. Ineuro borea: id eſt in orientem uſque ad ſeptẽtrionem:quia ab occidente uſque ad ſeptẽtrionem pertingit caucaſus. Dic ſemper ab armis Ciuile repetiſſe toga: adde hoc quod etiam eſt maximus pompeii ſplendor.quod uidelicet nunquam tanto imperio uſus eſt: nunquam tantam ex hoſtibus uictoriam conſecutus eſt: quin ſtatim finito imperio: &. debellatis hoſtibus & in ſignibus imperii: ſimul etiam animum ciuica conditione minorem deponere:nunquam pompeius uoluit ciuica conditione maior uideri. cæteri uero poſtq̃ ad prĩcipatũ ciuitatis euaſerit:maiores cæteris haberi uoluerũt:& tyrãnidẽ appetebãt. Ab armis.i.a bellis debellatis hoſtibus

Ciuilem togã.i.ſemp ſe ad ciuilem cõditionẽ:ut æquo iure cũ cæteris uiueret contuliſſe. Ter curribus
actiſ uidelic& tribuſ triumphis:uno de Sicilia ſimul & Africa:altero de pyratiſ:tertio de mitridare:nã po
tuit triũphare de africa ſemel de Sicilia ſemel de piratis:de Sertorio:de mitridate:de Tigrãne:tamẽ dona/
uit hos omnes triumphos patriæ & ſatis habuit ter triumphaſſe. Surgit:erigiẽ pompeio. Miſerabile
ſordidũ & humile. Titulis:nullis laudibus. Faſtorũ pro magiſtratibus poſui :libri eni ſunt in quibus
conſulũ & aliorũ magiſtratuũ noia inſcribebãtur. Tãto ordine:quia pompeius cõſul ſæpius fuerat ſæpe

Ciuilem repetiſſe togam: ter curribus actis
Contentum:multos patriæ donaſſe triũphos.
Quiſ capit hæc tũulꝰ ſurgit miſerabile buſtũ
Non nullis plenũ titulis:non ordine tanto
Faſtorum:ſolitumqꝫ legi ſuper alta deorum
Culmina & extructos ſpoliis hoſtilibus arcuſ
Haud procul eſt ima pompei nomen harena
Depreſſũ tumulo.quod nõ legat aduẽa rectuſ
Quod niſi mõſtratũ romanuſ trãſeat hoſpeſ
Noxia ciuili tellus ægyptia fato.
Haud equidẽ ĩmerito cumanæ carmine uatis
Cautum ne nili peluſia tangeret ora
Heſperius miles ripaſqꝫ æſtate tumentes
Quid tibi ſæua precer.pro tãto carmĩe nilus?
Vertat aquas nilus quo naſcitur orbe retẽtus.
Et ſteriles egeant hiberniſ imbribus agri.
Totaqꝫ in æthiopum putres ſoluaris harenas.
Nos in templa tuã romana recipimus iſim.
Semideoſqꝫ canes:& ſiſtra iubentia luctus.
Et quem tu plãgens hominem teſtaris oſirim

etiã imperator cũ exercitu miſſus aduerſus hoſtes
populi romani & nomẽ eius quotiẽs imperiũ geſſe
rat:totiẽs faſtis inſcriprũ erat. Solitũ legi: ſcilic&
pompeii nomẽ quod ĩ ordine temploꝝ inſcribi cõ
ſueuit:& in certis arcubus:quorũ adhuc nõ nulli in
urbe romana ſpectanẽ.nũc legiẽ in imo littore poſi
tũ:ad cõmiſerationẽ mouendã hoc ſcribit Lucanus
Culmina deorũ.uidelic& in capitolio. Arcus: ſic
enĩ arcus ædificabãt romãi cũ uictoriã ex hoſtibus
rettuliſſent:ut ĩ modũ arcuſ ædificio ſtructo ibi res
oẽs geſtas pingerẽt:aut certe fingerẽt adhuc arcus
& ſtatua põpeii romæ ſpectaẽ:in quo ẽt ſunt cande
labra quæ de tẽplo ſalomonis rapuit. Depreſſum
calcatũ.quod nõ legat cũ antea legereẽ a ſuſpiciẽti/
bus culmẽ tẽpli:nec legi poſſet niſi a ſtantibus:ne/
ceſſe nũc eſt.n.ut qui uelit legere nomẽ pom.ĩ litto/
re curueẽ. Rectus:ſed incuruus propter humili/
tatem tumuli. Quod niſi mõſtratũ & ſi forte Ro/
mã haç trãſirent niſi morarẽtur põpeii nomẽ non
agnoſce ẽt. Noxia tellus:Apoſtrophat nũc ad ægy
ptũ & inuehiẽ in eam dicens. Vere carminibus Si/
byllinis cauebaẽ ne miles romanus ægyptũ tãgeret
& nõ ſine rõne cauerat ſibylla ne romanus miles in
ægptũ uiueret:hoc oraculũ religioſi obiiciebãt ro/
mæ his q Ptholemæũ cũ exercitu ĩ regnũ reſtitue/
re uolebãt:& creditũ eſt illud impletum cum Craſ
ſus in aſſyria quæ adiacet ægypto cũ omni exercitu
deletus eſt.nunc refert ad cædem pompeii oraculũ
Sibyllæ Lucanus & nõ ſine oratiõe id dixerat ſibyl
la.id enim erat quod metuebat ne ĩ eũ põpeius trã/
ſiret quod ſi ſibyllæ paruiſſent:nunquam talem uirum amiſiſſent. Ciuili fato: propter ciuile fatum.
Haud immerito:non ſine ratione. Vatis erycinæ:id eſt ſibyllæ:cui ſepulchrum fuit in Lilybeo oppi/
do:ut inquit Solinus:in Sicilia non procul ab Eryce monte in quo colitur uenus.ideo erycinæ:nam epy/
theton longe repetitum eſt. Peluſia:peluſium unum ex hoſtiis nili. Ripaſqꝫ æſtate trementes:uideli/
c& ripas nili qui quot annis creſcebat & ægyptum inundans fertilem reddebat & nunc quoque illud idẽ
facit. Precer.pro imprecer. Vertat aquas:Imprecabor inquit ut nilus in fontem ſuum redeat nec poſt
hac nilus inundet:ut ſterilitate habitare ibi nemo poſſit. Orbe retẽtus: uidelic& in fontem ſuum redeat
Ethiopum: uidelic& ſic apud ethiopas:ubi ardore ſolis terra in puluerem reſoluitur:ſic tu quoque ſol
uaris. Nos in templa tuam:non ſimiles fuerunt romani tibi o ægypte:nam nos deos tuos accepimus:&
his templa condidimus.tu uero manes noſtri pompeii inſepultos iacere pateris. Iſim: Ionem Inachi fi/
liam quæ mutata eſt in uaccam :caudæ cuius iuno oeſtrum ſubiecit quo illa agitata totum orbem terra
rum peragrauit:tandem peruenit in ægyptum & cum in ripa conſtitiſſet nili forte ſuſpiciens uiſa eſt ſup/
plicare Ioui:ut ſui tandem miſereretur:& ſe in priſtinam formam reſtitueret:uidelicet humanam:admi/
rantibus ægyptiis eam pro dea nili coluerunt:cuius uir fuit O ſiris. Tuam:quæ apud te colitur. Se/
mideoſque canes:uidelic& Mercurium quem Anubim uocant.Virgilius. Omnigerumque deum mon/
ſtra & latrator Anubis.nam colitur apud ægyptios in forma canis & lingua ægyptia anubis canis dicitur
canũ:ut inqt Strabo li.decio ſeptio ciuitas ẽ ĩ qua Anubis coliẽ:& honor & ſacer qdã cibus canibus eſt cõ/
ſtitutus.quædã enĩ animalia ſunt quæ uniuerſi ægyptii colũt:quẽadmodũ ex terreſtribꝫ tria:Bouẽ:Canẽ
ſelem:ex uolatilibꝫ.Accipitrẽ atqꝫ Ibĩ.Ex aquatilibꝫ duo lepidotũ piſcẽ:& oxyrynchũ.ſũt alia quæ qſque
ſeorſũ colit. Et ſiſtra iubẽtia luctus:Siſtrũ ẽ ĩſtrumẽtũ ad ſimilitudĩe tubæ cuiꝰ cãtu ægyptii ꝯgregati im
itabãẽ plãgores iſidis.nã Oſiris uir fuit iſidis a Tiphõe gigãte laceratꝰ:quẽ diu cũ lachrymis ĩ plãgorẽ q̃ſiuit

Tu noſtros ægypte tenes in puluere manes?
Tu quoq͂ cum ſæuo dederis iã templa tyrãno
Nondum pompeii cineres o roma petiſti.
Exul adhuc iacet umbra ducis.ſi ſæcula p̃ria
Victoris timuere minas nunc excipe ſaltem
Oſſa tui magni.ſi nondum ſubruta fluctu
Inuiſa tellure ſedent:quis buſta timebit?
Quis ſacris dignã mouiſſe uerebitur ũbrã?
Imperet hoc nobis utinam ſcelus: & uelit uti
Noſtro roma ſinu:ſatis o nimiumq͂ beatus.
Si mihi contingat manes transferre reuulſos
Auſoniæ:ſi tale ducis:uiolare ſepulchrum.
Forſitan aut ſulco ſterili compeſcere ſinem
A ſuperis:aut roma uolet feralibus auſtris
Ignibus aut nimiis:aut terræ tecta mouenti
Conſilio iuſſuq͂ deum tranſibis in urbem
Magne tuã:ſũmuſq͂ feret tua buſta ſacerdos
Nam quis ad exuſtã cancro torrente ſyenẽ
Ibit & himbrifera ſiccas ſub plyade thebas
Spectator nili:qui rubri ſtagna profundi
Aut arabum portus mercis mutator eoæ

Tu tenes noſtros manes.i.principiũ noſtrorũ umbras. Tu quoq͂ cũ ſæuo:poſtquã inuectus eſt ĩ ægyptios:quia paterẽtur oſſa pompeii inhumata iacere:cũ romani diis eorũ templa ſtruxiſſent.nũc ipſã quoque romã reprehendit:q͂ ad ſua uſque tẽpora in ægyptio puluere oſſa pompeii iacere pmiſiſſet:q͂ ſi excuſationẽ meruerint ſuperioris temporis q͂ Cæſarem metuebãt:nũc certe nihil habẽt quo ſe excuſare poſſit
Tu quoque.ſ.roma reprehendẽda: Cum:quis. Sæuo tyrãno.ſ.Cæſari quẽ in deorũ numerũ trãſtulere romani:quod ẽt Virgilius oſtẽdit.Ecce dionei proceſſit Cæſaris aſtrũ.nã ſtellã quæ p aliquot dies cõtinuos apparuit cæſaris eſſe aĩam in cælũ recepti ut ait Suetonius dixerũt & hac de cauſa ſimulacro eius ĩ uertice addebat̃ ſtella. Nõdũ põpeii cineres: cũ cæſare inqt ſæuo tyrãno q͂ primus tyrãnidẽ ĩ urbe romana obtinuit poſt exactos reges tẽpla ſtruxeris põpeii manes ĩ humatos iacere pmittis. Exul extra ſolũ p̃riæ ſuæ. P̃ria ſæcula.ſ.q̃bus cæſar oĩa tenebat. Nũc excipe.ſ.romã cineres põpeii trãſferẽdo. Si nondũ ſubruta.i.ſi nondũ fluctus maris oſſa põpeii abſtulit. Sedẽt pmanẽt ubi poſita fuerant. Quis buſta.t.necẽ q͂ dubitet quiſq͂ id laturã moleſte ũbrã põpeii: q͂ſi ſepulchrũ ipſius uiolare nõ.n.hoc erit uiolare ſepulchrũ:ſed ſacrificare:ut ex tã ſordido & uili loco ĩ ſedẽ ſuã & p̃riam reducatur
Dignã urnã.ſ.p̃riam ſuã.i Sacris:ſacrificiis. Dignã ur.uidelic& aĩam põpeii q̃ digna ẽ:ut ipſi ſacra deorũ more romano exibeant̃. Impet hoc no.ſi alii hoc uerent̃ uidelic& ex humili ſepulchro oſſa pom.ĩdigniorẽ locũ trãſferre id mihi munus demãdet̃ exiſtiabo me aĩabus pom.rẽ gratã facere. Noſtro ſinu: quia gremio ipſo cineres & oſſa põpeii roma trãſferam. Satis o.optãtis ẽ. Si utinã. Violare:nõ erit uiolare:ſed uereri. Forſitan aut ſulco Fortaſſe Roma tũc reſtitueret cineres tuos:ut inde trãſferãtur: honorificẽtius:cũ urbem Ro mãinuaſerit peſtilẽtia:aut certe terræmotus concuſſerit: & accepta reſpõſa huiuſmodi erũt: ut nec peſtilẽtia illa:nec terræmotus ſedari poſſit:prius q͂ oſſa in ſedẽ & patriã trãſferãtur:ſicut etiã de aliis lectũ eſt.nam Cybeles & Aeſculapii ſimulacrũ in urbem tranſlatũ:illã a peſtilentia liberauit. Sulco ſterili:ſignificat famen & penuriam annonæ. Feralibus auſtris:id eſt peſtiferis.nam auſter tunc regnat calidior :cuius feruore corrumpitur aer. Ignibus nimiis:id eſt æſtibus ſemper extrema uitioſa ſunt. Nymbus eſt uentus cum pluuia. Aut terræ tecta mouenti. Significat terræmotum quum terra mouetur: mouentur & cætera quæ in ea fundata ſunt. Summus ſacerdos: pontifex maximus. Nam quis ad exuſtam: uere nunquam dii te tanto dignabantur honore. nam nemo eſt : qui hac tranſiturus ſit ubi tua oſſa manent: quin nauem iubeat eo auerti: ut ſepulchrum tuum qualecunque ſit ſalutet & ueneretur. Syenem: ſyene eſt ciuitas in medio libyæ poſita:& hanc radii ſolis perpendiculariter feriunt. eſt enim ſubiecta cancro. Thebas: Thebæ ſunt ægyptiæ & boetiæ: ſed de ægyptiis thebis hic intelligit. Sub plyade: ſub qua poſitæ ſunt Thebæ ægyptiæ. plyades ſunt ſtellæ quæ ortu ſuo nauigationis tempus ſignificant: unde etiam dictæ ſunt απο του πλεω:id eſt a nauigando. Quis rubri ſtagna: id eſt quis nauigabit in orientem: aut meridiem. neque enim poſſunt in oriente uel libya nauigare niſi per mare libycum: & in littore libyci maris poſita erunt oſſa Pompeii. Eoæ: orientalis
Arabum : populi ſunt orientis fœlicis Arabiæ:auctore Strabone libro ſextodecimo:ſeptentrionale latus faciunt deſerta haud exigui. orientale perſicus ſinus:occidentale arabicus. auſtrale mare magnũ: quod extra utrunque ſinum eſt. Idque totum mare rubrum uocatur:quod rubrum appellatur a ſole quum ſupra uerticem eſt: uel a montibus ex aduſtione rubentis. Cteſias uero Gnidius hiſtoriæ mãdauit fontem quendam eſſe: qui aquam rubicundam ac mynio plenam in mare emittit. Solinus capitulo .xlvi. refert ultra peluſiacum hoſtium. Arabiam eſſe ad rubrum pertinẽtem mare:quod Erythreum ab Erythra rege perſei & andromade filio nõ ſolum a colore appellatum raro dicit:qui affirmat in littore maris iſtius fontem eſſe:quem ſi oues biberint:mutent uellerum qualitatem. Strabo etiam decio

ſeptimo tradit rubrum mare ægypto ſublimius eſſe:unde ſi medius Iſthmus ĩcideret:ægyptus a mari ob rueretur. Petet:ꝑ iſta loca nauigans. Auerret.ſ.ab his regionibus ad ſe nauigantes per ea loca. Cinis in ſummis:quia fortaſſe fluctibus maris detecta erunt oſſa tua:ut etiã uideri poſſint præferre.uidelic& ut digniore ſepulchro te cõdat. Caſſio:mons eſt in Arabia nobili ſepulchro põpeii nã in littore caſſii mon tis ſepultus eſt. Caſſio ioui:quia in Caſſio mõte Iouis eſt templũ & pompeii corpus:ut dicit Strabo libro ſexto decimo:nõ procul inde magnus iugulatus fuit:& ab ægyptiis dolo ĩteremptus. Nil iſta nocebũt

Magne petet:quẽ nõ tumuli uenerabile ſaxũ.
Et cinis in ſummis forſan turbatus harenis
Auertet:maneſq; tuos placare iuuabit
Et caſſio præferre ioui:nil iſta nocebunt
Famæ buſta tuæ:templis auroq; ſepultus
Vilior umbra fores:nũc eſt ꝓ numine ſũmo.
Hoc tumulo fortuna iacens. auguſtius aris
Victoris libyco pulſatur in æquore ſaxum.
Tarpeis qui ſæpe deis:ſua thura negarant
Incluſum tuſco uenerantur ceſpite fulmen
Proderit hoc olim quod nõ mãſura ſepulchri
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.
Pulueris exigui ſparget nõ longa uetuſtas
Congeriem buſtumq; cadet: mortiſq; peribũt
Argumenta tuæ.ueniet fœlicior ætas
Qua ſit nulla fides ſaxum mõſtrãtibus illud
Atq; erit ægyptus populis fortaſſe nepotum
Tã mẽdax magni tumulo quã certa tonãtiſ.

nec erit cur tibi minor hẽatur honor:ꝙ ĩ humili loco oſſa tua poſita maneãt:imo hoc ipſo erit uenerabilior umbra tua. Iſta buſta:uidelic& uilia & ſordida. Templis auroque:quia ſi in templis auratis cineres tui conditi eſſent minore ĩ honorem pro dignitate conſecutus eſſes. Templis auroque: id templis auratis.Endiadis. Pro numine ſummo: id eſt loco ſummo numinis habetur: ꝙ fortuna ſepulchri tui in tamuili loco poſita ſit & ſubiungit rationem. Auguſtius aris:per ſimilitudinem oſtendit dignius eſſe ſepulchrum pompeii quam eorum qui ſepulti ſunt in monte tarpeio : id eſt capitolio: unde thuſci ſacerdotes qui dedignabantur ſacrificare ioui in templo conſtituto immolant uictimas in loco ubi iacet fulmen.nam thuſci fuerunt religionis cultores maximi inde etiam:ut Valerius docet in primo:principium religionem habuiſſe dixerũt. nunc ergo dicit ꝙ aruſpices thuſci quotiens prodigium committere uoluerit fulminis.nam fulmen quotiens aliquid percuſſerit prodigiale eſt ĩ locum quem de cælo tactum eſſe uiderunt bidentes ſacrificabãt:& locũ illũ bidẽtal appellabãt:nec quiſq̃ auſus fuiſſet in eo loco conſiſtere uenerabant eum locum tanquam ſacrum & diis cõſecrabant. illud idẽ continget ſepulchro tuo o pompei.nam quemadmodum tuſci ſacerdotes dedignabantur ſæpe ſacrificare Ioui capitolino:& immolabant bidentem in humili ſepulchro ubi fulmen poſitũ eſt:ita etiã umbris tuis ſacrificia exhibebũtur a gentibus. Auguſtius.i.nobilius & uenerabilius:unde auguſtum dicimus locũ uenerabilem:quaſi aue guſtatum.ſic.n. augures illi qui eiuſmodi artẽ tenebant locũ illũ uenerabilem habebant:quem aues deguſtaſſent. Aris uictoris : templis cæſaris:cui templa & aræ extructæ fuerunt. Saxum:ſub quo cineres tui conditi ſunt. Tarpeis deis:id eſt Ioui & mineruæ qui coluntur in tarpeia rupe:id eſt in capitolio. Thura:id eſt ſua ſacrificia. Thuſco ceſpite:id eſt ara a thuſcis ſacerdotibus extructa non enim tantummodo in tuſcia hoc faciebant:ſed ubique ubi fulmen cõditum eſſet. Proderit hoc olim: quod ibi ſepultus ſis o pompei: quia aliquando cum aſſiduo maris fluctu ſaxum illud auferetur: & nulla tui neſtigia ſepulchri apparebunt:id faciet ut omnes te deum eſſe exiſtiment: cuius ſepulchrum in terris nuſquam inuenietur. Olim: aliquando. Ardua: alta.
Futuris: poſteris. Pulueris exigui:non erit inquit opus diuturno tempore ad hoc ut fluctus maris reſiduus rapiat ueſtigia ſepulchri tui. Cadet: in undas maris. Argumenta tuæ mortis: quod eſt ſepulchrum.eſt argumentum: id eſt ſignum mortis: unde monumentum appellatur quia monet mentem intuentium: ſcilic& ibi mortuum iacere. Argumenta: probamenta. Veniet ætas: in qua non credetur ibi tua oſſa aliquando fuiſſe ſepulta. Fœlicior:ſcilic& quantum ad gloriam tuam. Saxum monſtrantibus:quia ſi forte quis dixerit hic oſſa pompeii ſepulta fuerunt: non adhibebitur fides. Atque erit ægyptus:& fortaſſe idem continget tibi. dicit in ægypto: quod contigit Ioui in creta. Nam in inſula creta oſtendebant ſepulchrum quod Iouis fuiſſe dicebant: ſed nemo credere uolebat. idem & tibi continget o pompei. Varro in opere quod de littoribus eſt etiam ſuis temporibus: ut ait Solinus: affirmat ſepulchrum Iouis in Ida uiſitatum. Tam mendax:no erit mẽdax:ſed exiſtibit

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS PHARSALIAE LIBER NONVS.

INCIPIT NONVS LVCANI.

a T Non in pharia manes iacuere fauilla
Nec cinis exiguus tãtam compeſcuit umbram
Proſiluit buſto ſẽiuſtaq̃ mẽbra relinquẽſ
Degenereq̃ rogũ ſequit̃ cõuexa tonãtis
Qua niger aſtriferis cõnectitur axibus aer.
Quodq̃ patet terras inter lunæq̃ meatus
Semidei manes habitãt:quos ignea uirtus
Innocuos uitæ patientes ætheris imi
Fecit:& æternos animam collegit in orbes
Non illuc auro poſiti:nec thure ſepulti
Perueniunt illic poſtq̃ ſe lumine uero
Impleuit:ſtellaſq̃ uagas miratur & aſtra
Fixa polis:uidit quãta ſub nocte iaceret

a T non in pharia manes iacuere fauilla. Hic incipit liber nonus in quo cõtinet̃ primũ quidem deificatio animæ põpeii. deĩde Catonis deliberatio cũ militibus: quos cũ uniuerſa claſſe ſecum tenebat:cui cũ Gn. pompeio præfectus erat. nã cũ milites ad libertatẽ incitaſſet perſuaſit eis:ut ſe pararent ad regem Iubam tranſire:ibi eni ſpem aliquam fore: ut regis huius auxilio Rempublicam recuperarẽt & p quos labores quæue pericula iter faciẽs profectus fuit Lucanus deſcribit:primum igitur περι αποθεωσεως:ideſt deificatione loquitur pompeii quõ anima eius ad comparem ſtellam redierit & deificata ſui corporis ludibria contempſerit. At:pro ſed aduerſat̃ his quæ ſupradicta ſunt. uidelic& ĩ anguſto ac ſordido ſepulchro coercitos fuiſſe cineres pompeii:ſed e diuerſo manes & eius umbræ in cæleſtem regionẽ ſublimis delata eſt. Tantam ũbram. i. tantæ magnitudinis & excellentiæ. Proſiluit: pcul a buſto exiluit ĩ aeream regionẽ. Semiuſtaque membra: quia nec tantũ quidẽ lignorũ:& fomenti habuit Codrus: ut plene corpus põpeii cremare poſſet. Degenerẽ:ſordidũ Sequit̃ cõuexa tonãtis:reuerrit̃ ad comparẽ ſtellã:& ad cæleſte domiciliũ. Niger aer. i. inferior q contiguus ẽ planetis. de primo ad ultimũ. nam qa inferior eſt ideo denſior:quia denſior:ideo nigrior Connectitur:contiguus ẽ. uidelic& iuxta lunam Aſtriferis axibus:uidelic& ĩ aeream regionẽ quæ eſt inter ſtellam & lunam. nã Luna eſt ĩferior planetaꝝ oĩum. ſic enim ſe habent planetæ. Saturnus Iupiter:Mars:Sol :Venus:Mercurius & Luna. axes enim planetarum globos appellauit. nã in uno quoque planetarũ ĩtelligi poteſt axis ſunt eĩm ſphærici quæ alio noĩe græci polũ appellãt. Quodq̃ patet inter terras:Nam luna inferior eſt planetarum omnium:apud quam inferiorem regionem ſemidei habitant:quos græci heroas uócant. Quos ignea uirtus:ſecundum platonicos dixit qui animam dicebant eſſe ignem. quid eſt deus?theos pireſitos:ſenſibilem ignem deum eſſe diffinierũt ſi θεω eſt anima ſequitur ipſam eſſe naturalem deum nam pars ſequitur ſuum totum:ſi deus eſt totum:anima eſt pars naturalis. ergo deus eſt aĩa quod ſalſũ eſt. Innocuos:qui ĩnocẽter p omne uitæ ſuæ tempus uixerũt. Aetheris imi: inferioris reſpectu cæleſtis:nã ignis æthereus eſt oĩbus ſuperior elemẽtis. nũc autẽ dicit nõ poſſe quidem animam ad ſummũ ætherẽ aſcendere:ſed ĩ medio terrarũ ac lunæ ſuum domiciliũ habere. In orbes. i. circulos. Collegit:ideo dixit quia quas uirtutes amiſerat:dum per planetas uel planetarũ regiones aſcẽdit eas nunc recuperãdo colligit ĩ unũ. ſic enim platonici dicebãt per planetas animas aſcendere:& ab his uirtutem quandam contrahere:ut a Saturno pigritiam. a Marte iracundiam. a Venere libidinẽ:& ſic de cæteris. Non illuc auro poſiti:ad comparẽ ſtellam inquit redeunt umbræ tantummodo eorum: qui cũ uirtute uixerunt:non autem diuites ſepulchro decorati ſecundum platonicos. nam tres fuerũt opiniones philoſophorũ de formes. nam Anaxagoras dicebat formas eſſe inter materiã actu:ſed animas latere a nobis & ĩ ſenſibiles eſſe unde idẽ eſſe dicebãt unũ & in omne eſſe. uidelic& formã cũ materia:& materiã cum forma. Ariſtoteles q uiſus eſt melius ſentire dicebat qdem formas eſſe ĩtra materiã:ſed potentia nõ actu:deinde ab extrinſeco agẽte de potẽtia ĩ actũ deferri. Plato & platonici dicebãt formas eẽ extra materiã in corporibus cæleſtibus ſeparatis:quorũ qualitas ſub qua quiſq̃ ſtella naſceret̃ corporibus. deinde imprimi ab intrinſeco datore. uidelic& deo q formaꝝ dator eſſe dicit̃:& cũ e corpore ad ſtellã comparẽ redirent ſub qua nati ſunt. Illuc:ad ſedem illam. Thure:id eſt aromatum odoribus. Poſtquam ſe:Nuuc dicit quomodo pompeius poſtquam ad regionem illam:ubi heroes habitabant peruenit loca illa circumſpicere cœpit & admiratione quadam perfuſus reſpexit ad terras & locum illum:ubi quaſi ludibrium quoddam corpus ſuum iacebat. Impleuit lumine uero: uidelic& reuerſus eſt in comparem ſtellam: cuius qualitatem & ſplendorem concepit. Stellaſq̃ uagas:id eſt errantes:ſcilic& planetas:unde planetæ dicti ſunt:id eſt erro:errant enim & contra polum feruntur. Aſtra fixa polis: dicit non ſolum errantes ſtellas miratum fuiſſe:ſed etiam alias ſtellas fixa polis: ut urſa maior:& ſtella occidua quæ axes dicuntur. Sidus enim a ſido: quod eſt ſedeo dicitur. ideo non recipit. y. contra nonnulli uolunt ut dicatur ab hy: id eſt pluo: quod dictum abſurdum eſt. Nam ſtellæ non flammeæ ſunt quo circa uaporibus aluntur:caloreque ſolis excitatæ:ſicut enim ſtella a ſtando dicitur: ſic & ſidus a ſidendo deriuat̃.

Noſtra dies:quæ eſt in noſtra regione aerea ad comparatōem lucis terrarū:ueſtra tenebræ potius dici debet. Ludibria trūci:cum uideret truncū corporis ſui:ita dilacerari,primo quidē fluctibus maris: dein de ſemiuſtū condi ſepulchro:quaſi riſū cōtinere nō potuit. Hinc ſuper:poſt hæc umbra pōpeii uenit ī theſaliā & ſpeculatus eſt quid ibi faceret cæſar:deinde ad claſſem ſuā uenit:quæ adhuc ītacta erat:cui Gn. pompeius cū Catone p̄erat cruenta & aſpera. Sparſis in æquore:Quia adhuc oē mare erat pōpeianoꝝ. Et ſcelerū uindex:tādem conſiſtit in pectore Bruti & ſibi infudit quo Cæſarē īterficeret & amiſſam libertatē recuperaret. Vindex:pōpeius fuit ſcelerū qui ſemp tyrrānos proſecutus eſt. Inuicti catōis: ī quē nulla ægritudo animi caderet:nō ſpes nō metus:nō gaudiū:nō dolor:nō audeo dicere paſſiones lic& aut ægritudinē:aut pturbationē aut motū animi appello.noſtri uero paſſiones animi appellant. nō uincebat̃ ergo paſſionibus ullis Cato. Illæ ubi pendebāt:oſtēdit ꝙ nulla animi pturbatiōe mouerēt cato.nā etiā pompeiū ipſū quoad uixit odio habebat.metuebat.n.ne ipſe uīceret libertatē cū repu. uſurparet. Pēdebat caſus:uidelic& quonā īclinaret uictoria. Dominū:uictorē. Oderat:q̃re ergo ſecutus fuerat pōpeiū cato ſi oderat?qa boni oēs ſequebant̃ pom.& ipſe coactus ē ptes illas ſeq. Auſpiciis raptus patriæ:ſed poſt mortē pom.iō factus erat pōpeianus cato ꝙ hæ ptes tātū ſuperāt in qbus ſpes libertatis poſita eēt. Refouit:recreauit. Trepidantia:morte pompeii & milites ſpectabant:ut quo ſe fortuna inclinaret eo ſe conferrēt: ſed Cato retinuit:& animos illorū trepidantes recreauit:& cū iam arma deponerent ipſos adhortatus eſt ad illa cauſa libertatis recipiendæ. Ignauis ma.,p manibus ignauorum. Nec regnū cupiens:non enim ſeruire metuebat quid ergo eum adducebat ad libertatem tuendam:ſi nō metuebat: nō metuebat ſeruitutem:quia paratus erat mori.metuebat autē aliis nō ſibi:non enim omnes animi ſui ſciebant:ut honeſtam uitam ſeruituti anteponerent. Totæ partes:ſpectabat enim ad libertatem cato:non ad libidinem dominandi. Ne per littora:dicit quid fecerit cato:metuens cato celeritatem Cæſaris:qui uictoria uti ſciebat:collegit claſſem omnem & in portum Corcyræ ſubduxit:ut ibi tuta eſſet. Per littora:id eſt diuerſa maria. Rapido actu:perſecutione celeri.nam agere perſequi eſt:ut quos illos populos bello regere ſub armis. Mille carinis:adhuc magnæ ſupererant uires partium pompeianorum:unde pro re magna ac admiranda legitur quod mille carinis aſiam græci inuaſerint cum ad excidium troiæ nauigarent. Fragmenta:reliquias.Quis ratibus.quis crederet mille carinas intactas fugere quaſi uictas?quaſi dicat nemo nam mille carinæ tantas uires habere poterant:ut non fugerent: ſed uniuerſo orbi terrarum bellum inferrent: tamen fugerunt Tantis:ex quo cognoſci poteſt quantæ fuerunt opes romanorum. Arctaſſe pelagus:ut mare redderetur anguſtum. Dorica tum maleam: proſequitur deſcribere curſum quem cato tenuerit dum ſtudet reliquias militum pompeii ſeruare ſi quam rationem mire poſſet recuperandæ libertatis. Tū:deinde. Dorica maleam: id eſt ionium mare nauigat:non illud quod eſt pars aſiatici maris: ſed alterum mare quod principium ſumit a Malea promōtorio circa quæ ægeum mare terminatur:& totam inundat ioniam a Malea uſque ad fines tænari:qua dicitur animabus deſcenſus ad inferos eſſe:habet autem ab oriente creticum mare:a meridie africum: ab occidente tyrrhenum: & circa hæc maria Catonem nauigaſſe dicit. Diorica maleam:id eſt laconicam.nam circa eam dores populi liconiæ: ut refert Strabo libro octauo.Malea eſt poſt urbem Boiam cum ad maleam nauigatur Amathus occurrit urbs:inde Aſinæ atque cythium ſparthanorum nauale nobile intra ducenta & quadragita ſtadia habet ſtationem manu effoſſam: fuit non tuta nauigatio ſupra maleam propter aduerſus uentorum flatus:inde eſt natum uulgo ꝓuerbiū:cū ad maleam defluxeris: domeſticos obliuiſcere. Apertam tænaron: ταιναρον: qua deſcenſus ad inferos eſſe dicitur.

Noſtra dies riſitq; ſui ludibria trunci
Hinc ſuper æmathiæ campos:& ſigna cruēti
Cæſaris ac ſparſas uolitauit in æquore claſſes
Et ſcelerum uindex in ſancto pectore bruti
Sedit:& inuicti poſuit ſe mente catonis.
Ille ubi pendebant caſus: dubiūque manebat
Q uem dominum mūdi facerēt ciuilia bella
Oderat & magnū:quāuis comes iſſet in arma
Auſpiciis raptus patriæ ductuque ſenatus.
At poſt theſſalicas clades:iam pectore toto
Pompeianus erat patriam tutore carentem
Excipit:& populi trepidātia membra refouit
Ignauis manibus proiectos reddidit enſes.
Non regnum cupiens geſſit ciuilia bella
Nec ſeruire timens:nil cauſæ fecit in armis
Ipſe ſuæ:totæ poſt magni funera partes
Libertatis erant quas ne per littora fuſas
Colligeret rapido uictoria cæſaris actu.
Corcyre ſecreta petit ac mille carinis
Abſtulit æmathiæ ſecum fragmenta ruinæ.
Q uis ratibus tantiſ fugientia crederet ire
Agmina? quis pelaguſ uictas arctaſſe carīas?
Dorica tūc maleam.& apertā tænaron ūbris.

Inde cythæra petit:boreaq; urgente carinas
Creta fugit dictæa legit cedentibus undis
Littora:tūc auſum claſſi præcludere portus
Impulit:ac ſæuas meritū phicūta ruinas
Sparſit:& hinc placidis alto delabitur auris.
In littus palinure tuum:neq; eni æquore tātū
Auſonio moniméta tenes portuſq; quietos
Teſtatur libyæ phrygio placuiſſe magiſtro.
Cum procul ex alto tendentes uela carinæ.
Ancipites tenuere animos.ſocios ne malorum
An ueherent hoſtes:preceps facit oē timendū
Victor:& in nulla non creditur eſſe carina
Aſt ille puppes luctus:planctuſq; ferebant
Et mala uel duri lachrymas motura catonis.
Nam poſtq; fruſtra precibus cornelia nautas
Priuigniq; fugam tenuit:ne forte repulſus
Littoribus phariis remearet i æquora truncus
Oſtenditq; rogum nō iuſti flama ſepulchri.
Ergo indigna fui dixit fortuna marito
Accendiſſe rogum:gelidoſq; effuſa per artus
Incubuiſſe uiro:laceros exurere crines:
Membraq; diſperſi pelago cōponere magni:
Vulneribus cunctis largos effundere fletus:
Oſſibus & tepida ueſtes impelere fauilla:
Quicquid ab extincto licuiſſet tollere buſto

Tænaron auctore Solino cap.xii.ſpiraculū eſt in laconia:& ut inqt Strabo eodē libro in ipſo laconici littoris inflexu tænarus ripa erecta eſt:ſacrā Neptuni ædem cōſtructam:cōtinés i luco propinquaq; ſpelunca eſt p quam cerberū ab iferis ſuperius reductū ab hercule fabulæ canunt:& tænaron ē ꝓ montoriū aduerſum Aphricæ:ut ait ſolinus cap.xii.in quo fanum Methinei Arionis:quē delphine eo aduectū imago teſtis eſt ærea ad effigiem caſus & ueri operis expreſſa:præterea tempus ſignatum olympiade eni undetrigeſima:qua i certamine Siculo.idē arion uictor ſcribit:id ipſum geſtū ꝓbat:eſt & oppidu Tænaron nobili uetuſtate. Inde:deinde. Cythæra:iſula ubi colit uenus:ūde cythærea dicta eſt.Cythæra iſula d' qua nūc loqt Luca.cōmodis iſtructa portubus: & eiuſdem nois urbe quā Euricles Lacedemoniorum auctor i pecularis iuris poſſeſſioné uendicauit nō procul é a malea teſte Strabone libro octauo. Boreaq; urgente:qa habet ab oriēte creticū mare:a meridie aphricū:ab occidēte tyrrhenū. Fugit:nā diſcedētibus a littore:littus fugere uidet. Vrgente:impellente. Legit:tranſit & declarat qd dixit. Creta dictea:Cretenſia.nā dicte mōs eſt cretæ. Tunc.ſ. cum ad phicunté perueniſſet q̄ ciuitas é in ionio.hi portus Catoni. Clauſere:iratus cato expugnauit oppidū & militibus diripiendū tradidit. Aphrica auctore ſolino cap.xl.in duas ꝓminentias extendit quarū altera ꝓmōtoriū candidū dicit: altera quæ eſt i cyrenaica regiōe phicūté uocāt:ea per ſinū creti cū oppoſita cretæ iſulæ cōtra Tænaron laconicem excurrit harenas. Impulit.i.euertit. Rapinas.i. meritā diripi claudendo portas catoni. Spſit:diripuit:dimouit. Et hic:uenit in calabriā:palinurus eſt calabriæ promōtoriū:haud lōge ab helia ciuitate q̄ poſtea Velia dicta eſt.nā pro aſpiratiōe digāma ponebāt quia i paluſtribus locis ædificata é. primū dicta eſt helia nā ælos græce ſignificat paludé:& ꝓuincia ꝓ aſpiratione digāma mutauit nomé:ubi helia eſt:Velia eſt appellata.unde ibi ſepultus eſt palinurus gubernator nauis æneæ. Neq;.n æquo:bene dico delabit placidis auris o palinure:qa nō tātū nomé tuū in littore auſonio uulgatū é.nā poſtea ſicut ipſe dixit æneæ cū ad inferos deſcendiſſet de naui ſūma correptis cecidiſſet in fluctus pedibus terræ nauigauit cū ad littus auſoniū uéiſſet occiſus eſt:& deide in palinuro calabriæ ꝓmontorio ſepultus eſt cui nomen dedit. Auſonio æquo: ubi occiſus fuiſti. Magiſtro: gubernatori nauis. Libye:caſus nti eſt. Teſtat libye phry.iō dixit qa de mari Siculo nauigauit i Aphricā. Portus q̄e.i. calabros:eſt eni ſardinio ſiculo mari ionio q̄ cōterminus. Phrygio:troiano. Cū ꝓ:cū ibi eſſēt uidere naues procul uenietes.& prio qdē timuere ne eſſent naues cæſaris:ſed erāt naues qbus uehebat cornelia cū Sexto pom.& aliis pōpeii comitibus. Tendétes ue.iflatæ uētis. Socios:pōpeianos. Malo℞:cladiū quas ceperāt i theſſalia. Veheret:duceret q̄obrē icertæ erāt naues:qa. Præceps facit om.timē.i.tāta erat celeritas cæſaris i cōficiēdis rebus:ut ubiq; timeret. Præceps: uelox. Et i nulla nō.i.credit i una quaq; naue eſſe.

Luctus:de morte pōpeii. Vel:ét. Duri catonis:auſteri & fortiſ.fuit eni ſtoicus cato uticenſis:q̄uis eſſet durus:tamé cōtineri nō potuit qn & ipſe ſolueretur i lachrymis.nā tāta erāt mala quæ nūciabāt hæ naues. Nā poſtq̄ fruſtra.ſ.tētauit ſuadere comitibus,cornelia:ut tātiſper reſiſterēt donec rogus pōpeii cremaret:& corpus ſepulchro cōderet i hæc uerba ꝓrupit dicés ergo indigna &c. Tenuit.i. retinere tētauit. Priuigni.ſ.Sexti pom.q filius fuerat Imitiæ quā pōpeius antea repudiauit & corneliā i uxoré duxit

Rogū:ubi tūc cōburebat Pōpeius. Flāma:p quā itelligebat locū illū eſſe ubi corpus pōpeii cremaret.

Indigna fui:nec merui accendere rogū pompeii qui adeo exiguus erat:ut nō plene corpus combureret.

Laceros.i.ſuos ipſius cries laceratos exurere. Cōponere:i unū colligere. Pelago:p pelagus. Et.ſ.fui idigna ſemp intelligit. Largos fletus:abundantes lachrymas. Veſtes implere: ſcilic& cineribus pompeii.

In templis ſparſura: quia poſtea cineres pompeii in templis deũ cõdidiſſem: ſi id mihi facere licuiſſet. Ardet honore rogus: quia nemo eſt q decoret ſepulchrũ pompeii. Manus hæc ægyptia: fortaſſe ægyptius ẽ: qui meruit cremare pompeii corpus: quod officiũ ingratũ eſt põpeio: ut ab hoſtili manu cremet̃. O bene nudi craſſorũ cineres. ſ. patris & filii: dicit nũc ſatius eſſet: ut põpeius ĩhumatus iaceret: quẽadmodũ Craſſi q̃ hoſtili manu cremari. Craſſos: quos occiſos cũ exercitu deleto rex parrhorũ Arſacides iuſſit inhumatos iacere. Inuidia maiore deũ: ex hoc ꝙ tam ſordido ſepulchro cõditus eſt põpeius cognoſcit ipſum diis inuiſum fuiſſe. Inuidia: odio.

In templis ſparſura deum ſine funeris ullo
Ardet honore rogus: mãus hoc ægyptia forſã
Obtulit officiũ: graue manibus o bene nudi
Craſſorum cineres pompeio contigit ignis.
Inuidia maiore deum. ſimilis ne malorum.
Sors mihi ſemp erit. nunq̃ dare buſta licebit
Cõiugibus? nunq̃ plenas plãgemus ad urnas
Quid porro tumulis opus eſt? an ulla reqris
Inſtrumẽta dolor nõ toto in pectore portas
Impia pompeium? nõ imis hær& imago
Viſceribus quærat cineres uictura ſuperſtes
Nũc tamẽ hic longe. qui fulget luce maligna
Ignis adhuc aliquid phario de littore ſurgẽs.
Oſtendit mihi magne tui: iã flãma reſedit.
Pompeiumq; ferens uaneſcit ſolis ad ortus
Fumus: & inuiſi tendũt mihi carbaſa uenti.
Nõ mihi nũc tellus pompeio ſi qua triũphos
Victa dedit: non alta terens capitolia currus.
Linquere ſiqua fides peluſia littora nolo
Gatior elapſus fœlix de pectore magnus
Hũc uolumus: quẽ nilus habet terræq; nocẽti
Quã mãet ægyptus: q̃ magni poſſidet artus
Nõ hærere æquor: crimen cõmendat harẽas
Tu pete bellorum caſus: & ſigna per orbem
Sexte pr̃na moue: nãque hæc mãdata r̃liquit
Pompeius uobis: in noſtra condita cura.
Me cum fatalis læto damnauerit hora.
Excipite o nati bellum ciuile: nec unquam
Dum terris aliquis noſtra de ſtirpe manebit.

Similis ne malorum ſors: eadem ne me ſemper fortuna ſequetur: ut ſemper ſim a ſepulchro meorum uirorum remota ne mortem ipſorum lugeam. Nunquam dare buſta: declarat. Similis ſors & cætera: id eſt nunquid mihi placebit intereſſe exeqiis uirorũ meoꝝ. Nunq̃ plãgemus ad urnas: ſed ꝓcul a cineribus uiroꝝ rẽota ſemp ipſoꝝ mortẽ lugeamus. Quid porro tumulus: ad ſe ipſam cõuertit̃: q̃ſi ſe ipſam reprehẽdens: dicẽs qd opus ẽ ſepulchro & monumẽtis: nũquid nõ ſemp mihi obuerſat̃ imago pompeii ut abſentẽ etiã quaſi præſentem cõplectar. Porro: certe. Inſtrumẽta: uidelic& nulla adminicula lachrymaꝝ: pietas eoꝝ quos diligimus ẽ quaſi adminiculũ doloris. Viſceribus: declarat quod dixit ĩ pectore portas. Hæret imago: ut ipſi ante oculos poſita ſit. Victura: illa quæ uictura eſt quærat cineres uiri ſui. ego autẽ nõ ſum ſupſtes futura. Nõ tamẽ hic longe: ꝓſeqtur cõplorationem corneliæ: ꝙ cogat̃ a nautis deſerere locos ubi põpeii reliquiæ poſitæ fuerant. Qui fulget: ignis inqt lucet in littore nili oſtẽdit mihi aliquam partẽ tui eſſe o põpei: quo fit ut ĩuita diſcedã. Oſtẽdit: noli dicere: ignis non oſtendit ĩmo non longe hinc oſtendit aliquid eſſe tui. Maligna luce: id eſt obſcura: quia iam extinguebatur. Flamma recedit: id eſt extincta eſt. Ferens: pro auferens pompeium: quia oſtendit corpus pompeii crematum eſſe. Vaneſcit: quia in eam partem funus aſcendebat. Et: ſcilic& q̃uis ſint ueſtigia mei pompeii tamẽ diſcedere cogor. Mihi: ad dolorem meũ. Nõ mihi nunc tellus: iam fœlicitatis pompeii oblita ſum: miſeriarũ tantum recordor. Gratior: ſcilic& ægypto: uel q̃ hæc tellus ubi iacent pompeii reliquiæ. Terens currus: id eſt calcans: nam triumphantes ſublimes uehebantur albis equis ad capitolium. Fœlix i. fœlicitas Pompeii penitus exceſſit Hunc uolumus: & ob hanc cauſam: quia mihi hæc tellus gratior eſt q̃ huiuſmodi regiones. unde conſtitui ſi fieri poteſt: nunq̃: hinc diſcedere quoad uita ſuperſit. Si qua fides. i. ſi mihi creditis o nautæ. Hunc: Pompeium. Terræq; nocenti: & id eſt quod uehementer conqueror quod ſi ſepultus ſit pompeius: nam ex hoc uideor leuari nefas: quod ægyptii commiſerunt. Hærere: id eſt quod hic perſiſtere nequeam conqueror: ratio. Crimen cõmendat harenas: Quia hoc ipſo quod hic occiſus eſt Pompeius: mihi cõmendabiliores: & gratiores efficiuntur harenæ. Tu pete bellorum caſus: Hic me deſere o Sexte: quoniam hæc mihi grata loca ſunt: ubi poſitæ ſunt reliquiæ pompeii. Tu quod ad te pertinet accipe reliquias belli & uindica libertatem. id enim eſt quod mihi pater tuus dedit in mandatis: ut uos monerem. ſi forte aliquid de eo contingeret: nunquam deſineretis patriam cum libertate tueri. Signa: uexilla. Condita cura: repoſita ĩ noſtra ſolicitudĩe pr̃na mari data: quæ mihi dederat uobis apio: & quæ fuerit declarat. Me cũ fatalis: o cornelia dicito meiſ uerbis Gn. & ſexto põ. hæc uerba o nati poſt mortẽ meã igt ſuccedit: mihi

Cæſaribus: Quia cæſare deſcendēt. Vel ſcœprra.i.uel reges uel ciuitates:uel populos qui potiūtur regꝝ īpellite uobiſcū ut libertatē romanā recuperetis. Vel urbes:libere uiuētes. Sceptra monarchiā īquit regū. Nominis.ſ.pompeii. Arma reliquo.ſ.tuendæ libertatis inueniet claſſes & ſupſunt uires adbuc quibus hoc facere poſſitis.uidelic& claſſis adhuc ītacta. Quiſquis pompeius.i.aliquis ex gente pompeii

Nullis nō gētibus.i.quibuſlibet nationibus bellum inferre poterit. Tantū indomitos:Vos tantūmodo animos gerite dignos paterno nomine:nō deerunt uobis opes:non populi quibus dignitatē ueſtram defendere poſſitis. Tantū: tantūmodo. Indomitos:ne ſeruire uelitis. Iuris:paternæ poteſtatis

Vni parere decebit:uidelic& Catoni ſi modo ipſe uoluerit partes libertatis tueri. Exolui tibi magne fidem: hæc ſunt mandata:quæ mihi rradidit pompeius dum uiueret illa aperui uobis: ueſtrum igitur erit exequi uoluntatem paternam. Inſidiæ ualuere tuæ:Quia clam id agebas ut ante me e uita excederes. Perfida:quia niſi hæc mādata aperuiſſem filiis tuis quæ promiſeram a fide deſtitiſſem ergo noluiſti ut tecū morerer: ne a fide diſcederem.

Auferrem uoces.ſ.ſi tecū morerer. Iam nūc te per iane chaos:poſtq̄ tibi fidem ſeruaui nunc reliquum eſt:ut te ſequar quocūqꝫ ſenſus tuus puenerit.uidelic& ſequar umbras tuas per tartara: ſi modo uerū eſt tartara eſſe nunc expeditis mādatis tuis

Per iane chaos:chaos ſignificat cōfuſionē elemētorꝫ omniū:ſic diffinit chaos eſt iordinata indigeſtaqꝫ moles & dicitur a χέω .i.cōfundo.nam anteq̄ Deus elementa diuiſiſſet:erant omnia ſimul confuſa:& hoc chaos apud inferos eſſe dicunt quia ibi ppetua nox eſt:& cōfuſio rerū omniū. Inane: ideo dixit ꝙ ibi ſpiritus cū corpore habitēt:nā iane uacuum dicit quod ſine corpore eſt. Tartarus:dicitur locus inferior apud inferos: idem eſt quod chaos. tartarus dicitur a tarratu.i.pturbādo:ꝙ ibi oīa perturbata ſint pturbata & cōfuſa parū differūt.tartarꝫ autē Strabo in tertio cōmentario ſubterraneorꝫ locū ultimū eſſe putat:& infernū cū quis audiat tartaro.tartarū aūt tarteſſo deriuata illinc denominatione cōparare pōt:tarteſſus flumen & oppidū eſt hiſpaniæ. Si ſunt ulla:dixit ſecundū epicureos q dicebāt aīam uel oīa ſimul cū corpore pire. Quam lōgo tradita læto: uita mihi iſtar mortis ē:ea uero q̄ lōga futura ſit icertū eſt:ſed ſi diuturnior fuerit pœnas ab ipſa ſumā nimiū uiuaci Pœnas aīæ ferā:uidelic& ego ipſi mortē cōſciſcā. Aīæ uiuacis:ſi diu nimiūqꝫ uixerit. Potui:cernēs tā dura fui: ut tibi ſupſtes eſſē:& dolore nimio nō cōficerer cū te oculis meis occidi uiderē. Nō fugere ī mortē.i. tibi eē ſupſtes. Plāctu cōtuſa pibit:Quādo ita uiuax fuit aīa mea:ut nec dolore qdē mortis tuæ ex hoc corpoř diſceſſerit:ſaltē ipſo plāctu e pectore diſcedet:qa tā diu pectora plāgā:ꝙ ipſā excedere cogā.plāctus ꝓprie ē pcuſſio pectoris

Effluet:reſoluet ī lachrymas. Nūq̄ ueniemus ad enſes:qbus iugulū apiaus nō ad laqueos nō ad præcipitia ueniemus:ſed ipſo dolore pibimus. Turpe:ē enim uxori quæ uirū ſuū amet nō poſtea ipſo dolore: perite. Obduxit caput:ordo ē:illa delituit ubi obduxit caput &c. Obduxit.circūdedit texit. Ferali: nigro & atro amictu:ſicut lugētes facere ſolent. Pati tene.i.nunq̄ prodire in lucē. Puppiſqꝫ ca uernis uidelic& in una puppe. Arctæ:ſtrictæ. Cōplexa dolorē:qa q̄tū dolorē poterat aīo complectebať ut cito moreretť. Perſruiť la.i.fructū quendā capit ex lachrymis. Pro cōiuge:loco cōiugis pōpeii. Illā non fluctus:cū ſe cornelia ī profundā ptem nauis recepiſſet: & ibi operto capite obſtinato aīo mori ſtatuiſſet: nec clamoribus nautarum mouebatur:nec procellis: aut tempeſtate maris: quin etiam optabat naufragium. Fluctus: perturbatio & inundatio maris. Rudentibus:id eſt propter rudentes. ſunt enim funes quibus uela tenduntur. Clamor:ſcilc& remigum. Pericula: quia inſtante periculo & procellis armamenta nauiū proiiciebant. Exurgens:nā ſublatus clamor nautarꝫ ſignificabat inſtare periculum.

Cæſaribꝫ regnař uacet.uel ſcœptra:uel urbes
Libertate ſua ualidas:impellite fama
Nominis has uobis partes:hæc arma reliquo
Inueniet claſſes quiſquis pompeius in undas
Venerit:& noſter nullis non gentibus hæres
Bella dabit:tantū īdomitos memoreſque pr̄ni
Iuris habere animos:uni parere decebit.
Si faciet partes pro libertate catoni.
Exolui tibi magne fidem:mandata peregi
Inſidiæ ualuere tuæ: deceptaque uixi.
Ne mihi commiſſas auferrem perfida uoces:
Iam nunc te per inane chaos p tartara cōiunx.
Si ſunt ulla ſequar:quam longo tradita læto
Incertum eſt pœnas animæ uiuacis ab ipſa
Ante ferā:potuit cernēs tua uulnera magnæ.
Non fugere ī mortem:planctu cōcuſſa pibit
Effluet ī lachrymas:nūquā ueniemus ad ēſes
Aut laqueos:aut præcipites p inania iactus
Turpe mori:poſt te ſolo non poſſe dolore.
Sic uidi fata caput ferali obduxit amictu:
Decreuitque pati tenebraſ puppiſqꝫ cauernis
Delituit ſæuumque arte complexa dolorem.
Perfruiť lachrymis:& amat ꝓ cōiuge luctū
Illum nō fluctus:ſtridſeque rudētibus eurus
Mouit:& īſurgēs ad ſumma picula clamor.

Votaqꝫ ſollicitis faciens contraria nautis.
Compoſita in mortem iacuit.fauitqꝫ procellis
Prima ratem cyprus ſpumātibus accipit ūdæ
Inde tenens pelagus:ſed iam moderator eurus
In libycas egit ſedes:& caſtra catonis
Triſtis ut in multo mens eſt præſaga timore.
Aſpexit patrios comites a littore magnus
Et fratrem:medias præceps tunc fertur ī ūdas
Dic ubi ſit germane parens? ſtat ſūma caputqꝫ
Orbis:an occidimus? romanaqꝫ magnus ad ū
Abſtulit? hæc fat:cōtra quē talia frater. bras
O fœlix quem ſors alias diſperſit in oras
Q uiqꝫ nefas audis:oculos germane nocētes
Spectato gnitore fero:non cæſaris armis
Occubuit:dignoqꝫ perit auctore ruinæ
Rege ſub impuro nilotica rura tenente
Hoſpitiis fretus ſuperis:& munere tanto
In proauos:cecidit donati uictima regni.
Vidi ergo magnāimi lacerātes pectora patris
Nec credens pharium tātum potuiſſe tyrānū
Littore niliaco ſocerum iam ſtare putaui
Sed me nec ſanguis:nec tantum uulnera nr̄i
Affecere ſenis:quantum geſtata per urbem
Ora ducis:quæ tranſfixo ſublimia pilo
Vidimus:hæc fama eſt oculis uictoris iniqui
Seruari:ſceleriſqꝫ fidem quæſiſſe tyrannum:
Nā corpus phariæ:nec canes auidiqꝫ uolucres
Diſtulerint:an furtiuus quem uidimus ignis
Soluerit ignoro quæcunqꝫ in iuria fati.
Abſtulit hos artus:ſuperis hæc crimina dono:

Votaqꝫ ſolicitis.ſ.periculo īſtante nautæ uotū faciebāt: ut incolumes ī portū uenirēt: cornelia uero ut naufragio periret. Cōpoſita:cōſtructa. Fauitqꝫ:ꝓ.i.gratas habuit ꝓcellas. Prima ratē cypros:primū inqt nauis qua uehebatur Cornelia cū Sexto & comitibus ꝑuenit cypros unde curſus fit ī libyam: tādem peruenit ubi erat cato cū altero pōpeii filio primo genito. Cypros.ntūs eſt græcus ν κυπροσ κύπρȣ hæc cyprus cypri. Tenēs pelagus.i.eurus in pelago regnās:nam eurus orientalis ē:qui idoneus ē de cypro nauigātibus in Libyā. Moderator:quia nō nimis uehemens ſpirabit. In libycas ſedes ibi enim cato præerat claſſi cum Gn.pompeio. Triſtis ut in uultu mens &c.& cum de littore proſpiceret Gn.pompeius & comites patris de puppe cognouiſſet:iam tūc mens mali præſaga nil boni diuinabat: ſed aliquid mali afferri quemadmodum fit in magno timore.
Vt:poſtq̄. Præſaga:alicuius mali. Tūc.ſ.uiſo fratre cū comitibꝫ. Præceps:ſine ulla cōſideratōe fertur cupidus & auidus ſcire quid nā de ipſius patre eſſet. Dic ubi ſit:uerba Gnei pompeii ad Sextum. O germane:o Sexte pompei fratet. Parēs ſcilicet noſter. Stat: uiuit ne an una cum illo periuimus. Romana:res romanæ cum eo perierunt ſi ipſe periit. O fœlix:nunc magna commiſeratione fratri reſpondet Sextus Pompeius. O fœlix: ſcilicet es o Gnee Pompei comparatione mei: quia tibi audire cōtingit:quod patri noſtro accidit.nam in hoc ego peiori conditione ſum: ꝙ non audiui: ſed meis ipſe oculis uidi. Oculos nocentes:uidendo patrem occidere. Non cæſaris armis:ad indignitatem & moleſtiam hoc quoqꝫ acceſſit:ꝙ occiſus eſt ab iuſſu indigni hominis ſi iuſſu Cæſaris interfectus eſſet: hoc nobis æquiori animo ferendū eſſet. Dignoqꝫ periit auctore ruinæ: nam confiſus eſt regi ptholemæo cuius patri aliquando in regnum redditus fuerat auctore pompeio patre nr̄o & ipſius iuſſu occiſus eſt. Impuro: ſub impio & nocenti rege. Hoſpitiis ſuperis:poteſt eē dialiſis: ideſt diſtictio uel ſupis hoſpitiis.i.hoſpitalibus diis fretus:uel ſuperis ꝓ ſupernis hoſpitiis.i. ſuperioris tēporis quia hoſpitio pōpeii uſus eſt cū pater Ptholemæi in regnū reſtitutus eſt pom.iuuāte quo tēpore romam uēit pulſus a ſorore Cleopatra:ut a ſenatu populoqꝫ ro.ī regnū reſtitueret.nūc a ptholemæo eius filio: tanq̄ uictia occiſus ē. Munere tanto:qa auctore pom.reſtitutus ē ī regnū. Victia: tāq̄ uictia. Donati:regni:nam milites ſuos Gabinio cōceſſerat pōpeius:qbus ille reſtitutus eſt in regnū.
Magnanimi pr̄is:qa fortiter & libēti aīo mortuus eſt. Niliaco:ægyptio. Sed me nec ſāguis: ſed tam&ſi magno dolore confectus ſim:ꝙ patrem occiderunt: tamen id mihi etiam multo moleſtius fuit:ꝙ telo patris caput tranſfixum a proficiſcentibus per urbem Alexandriæ geſtatum eſt & ſeruatū ut cæſari uictori oſtendatur. Affecere ſenis: quia ſenex ideo minus moleſtum eſt.nam etiam ſi occiſus non eſſet tamen haud ita multo poſt moriturus erat. Per urbem:ſcilic& Alexandriam. Fama eſt: fertur. Fidem quæſiſſe tyrannum: ut oſtenſo capite tum denique fidem præſtet commiſſi ſceleris. nam corpus phariæ: de reliquo corpore nunquid expoſitum ſit alitibus & feris eſca ignoro: an rogo ignis:quem de littore uidimus combuſtum ſit. Diſtulerint: deſiccauerint. Furtiuus:clam accenſus a Codro. Soluerit: cremauerit. Quæcunque iniuria fati:hæc omnia ignoſco ſuperis quod uoluerint patrem meum indigno etiam funere cremari:dummodo totum corpus uoluiſſent in aliquo ſepulchro qualecumque illud eſſet condi. Crimina: uidelic& quod indigne ſepultus fuerit.

De parte:uidelic& de capite. Cũ italia magnus:dicit.Gn.põpeiũ audita cæde patris indignatũ fuiſſe & tãta ira ĩ caluiſſe:ut nec punctũ quidẽ tẽporis differre uidereť:quin ſtatĩ armata claſſe ægyptũ peteret: ut manes patris ulciſcereť:ſed ꝓhibitus ẽ a catone. Profať.ſ.ea quæ ſequũť. Magnus: Gn. põpeius primo genitus põpeii filius. Nõ ĩ gemitus:nõ ut gemitus ab imo pectore duceret & lachrymas effũderet.

Que. pro ſed. Præcipitate: celeriter agite & raptim deducite naues ĩ mare. In aduerſos uẽtos.ſ.impellite remis naues etiã contra uentũ. Ite.i.uenite. Tãtas merces:uidelic& ſatiare umbras:& declarat.

Seruata de parte queror: cum talia magnus
Audiſſet nõ in gemitus lachrymaſq; dolorẽ
Effudit:iuſtaq; furens pietate profatur
Præcipitate rates ex ſicco littore nautæ
Claſſis in aduerſos erũpat remige uentos.
Ite duces mecum:nunquã ciuilibus armis
Tanta fuit merces inhumatos cõdere manes:
Sanguine ſemiuiri magnũ ſatiare tyranni.
Non ego pelleas artes:ʼadytiſq; retectum
Corpus alexandri pigra mereotida mergam.
Nõ mihi pyramidũ tumulis euulſus amaſis.
Atq; alii reges nilo torrente natabunt.
Oĩa dẽt pœnas nudo tibi magne ſepulchra.
Euoluam buſto iam numen gentibus iſim.
Et tectum lino ſpargam per uulgus oſyrim.
Et ſacer in magni cineres mactabitur apis:
Suppoſitiſq; deis urã caput: has mihi pœnas
Terra dabit:liquam uacuos cultoribus agros
Nec nilus cui creſcat erit:ſoluſq; tenebis
Aegyptũ genitor:populis ſuperiq; fugatis
Dixerat:& claſſem ſæuas rapiebat in undas.
Sed cato laudatam iuuenis compeſcuit iram.
Interea totis audito funere magni.
Littoribus ſonuit percuſſus planctibus æther

Satiare magnũ.i.umbras põpeii. Sãguine tyrãni.uideli: & Ptholemæi q in ipſo pr̃is nr̃i ſepulchro tanq̃ uictia ĩmoleť. Nõ ego pelleas arces:uerba ſũt Gn.põpeii indignãtis cõtra ꝑfidiam Ptholemæi regis:qui patrẽ ſuũ illius benefactorũ occidi iuſſerat. minabať ergo ſe eſſe euerſurũ pyramides & ſepulchra oĩa regũ:qn etiã apim & reliq̃s deoꝝ ægyptiorum ĩ ſepulchro pr̃is cõbuſturũ eẽ. Arces pelleas: uidelic& alexandriæ:q̃s Alexander de pela ciuitate Macedoniæ cõdiderat Pella macedonũ metropoliſ philippi & Alexãdri patria fuit teſte Strabone libro ſexto decimo. Retectum:apertum. Adytis:adytum proprie ſignificat locum arcanum :quo nemini niſi ſacerdoti ingredi lic&:& eſt græca dictio dioriſſo ſignificat ingredior . a priuatiuum eſt. Mereotide:palude ægypti Non mihi pyramidum :nõne inquit ego reuellam cineres & reliquias regum: ac deorum ægypti : & in fluctibus nili obruamʼ

Amaſis:per trigintaquinq; dianaſtias. Amaſis dictũ eſt ĩter ægyptios regnũ: & unaqueq; dianaſtia habuit.xii.reges quorum ultimus fuit Amaſis de quo hic loq̃tur. Atq; alii reges oĩum regũ ſepulchra & cæteroꝝ q pyramides ſibi ſtruxerit ĩ ægypto oĩa euerteť:& pœnas mihi dabũt ꝑ iniuria & cæde tua o pater. Nudo:ĩ ſepulto. Virgilius: Nudus ĩ ignota iacebis palinurus harena.i. ĩſepultus.

Euoluã buſto:eruã ex ſepulchro. Iam numen gentibus iſim:iſis eadẽ eſt q̃ io fabula qdẽ nota eſt: q̃uo io ĩ uaccã conuerſa ẽ:tãdem cũ ad ripas nili flu. ꝑueniſſet agitabatur.n.oeſtro a iunone miſſo uiſa eſt ſupplex rogare iouẽ:ut ſui miſereretur:& ſtatĩ ĩ priſtinã forma.i.humanã mutata ẽ:deĩde ꝑ numĩe habita ẽ. Spgã p uulgus.i.uulgo diſſipabo. Tecũ lino:qa oſirim dilaniatũ a typhone gigãte: uxor eius iſis in mantella recepit.mantella dicitur tela lini:qua terguntur manus:inde manticula diminutiuum eius. Lino: tela linea. Et ſacer apis: erat.n. apis taurus:qui quot ãnis alii dicũt ſingulis luſtris egrediebatur e nilo & hũc ĩmolabant nilo flumini quo facto ſtatim nilus oẽm ægyptum iundabat:& niſi ille taurus egredereť:malũ erat omẽ.dicit ergo hũc taurũ ſe ĩmolaturũ cineribus patris.erat albus frõtem & quaſdã paruas corporis ꝑtes:cætera uero niger quibus ſignis:ut refert Strabo li.xvii.iudicabãt q ſit ad ſucceſſionẽ idoneus:alio uita functo. bos apis in ſepto quodã alebãt & apud ægyptios pro deo hẽbatur:& idẽ eſt apis q̃ oſiris ante id ſeptũ aula q̃dam iacuit in q̃ fuit aliud ſeptũ mr̃is eius. Suppoſitiſq; deis.i.reliq̃s deoꝝ reuulſas ex ſepulchris ſuis ſubiiciã capiti patris:& unã cũ capite ur̃o. Has mihi pœnas:ſed qđ ad ægyptũ ꝑtinet:ego eã oĩbus diis ac populis deſolatã deſertãq; facere inſtitui:ut nec populi nec dii locũ illũ teneãt:ſed tãtũ uacuus ſit manibus pr̃is. Nec erit ſcilic& populus aliquis. Cui:ad utilitatem cuius. Nilus creſcat: ut ægyptum fœcundam reddat.

Populis ſuperiſque fu.tangit & illud antiquum quotiens expugnaturi eſſent urbem aliquam antiqui ex ea deos omnes ac deas euocabant ne iniuriam diis illis facerent:qui in ea ciuitate colebantur: ſicut apud Virgiliũ.cũ Aeneas oſtendere uellet de troia deſperatũ eẽ ait.Exceſſere oẽs adytis ariſq; relictis. Dii quibus imperiũ hoc ſteterat:ſuccuritis urbi incenſæ moriamur &c. Dixerat.ſ.Gn. põpeius iã.n. claſſẽ deducebat in undas:ut ægyptũ peteret ſed Cato prudẽter irã iuuenis auertit. Laudatã irã:qa iuſte iraſcebať. Interea.t.nũc deſcribit cõploratõem q̃ facta ẽ ĩ funere pom.nã uniuerſus exercitus clamorẽ ſuſtulit: ut ubiq; oĩa plãctũ & gemitu reſonarẽt. Audito fu.i.cæde pom. Plãctibus:clamoribus.Sonuit:reſonuit

Exēploque carēs: nūquā antea auditum fuit uel raro: ꝙ populi potētis mortē lugerent: nā potentes inuiſi ſolēt eſſe populis: hic adeo dicebat ab oībus ut oēs ī morte ſua gemitum lachrymaſque dederit. Sed magis: ſed flebāt cū apparuit cornelia: ſic.n.fieri ſolet: cū aliquis ꝓpiquior apparuerit eius q mortuus eſt: ſolēt renouari lachrymæ. Solutas: ſparſas ī uultus. Geminato uerbere: pro geminatis uerberibus.

Vt primū ſociæ: Nūc dicit quomodo cornelia poſtquā egreſſa ē ī terrā ſocialem.ſ. in Libyā apud Vticā ubi ꝑerat Cato ſtatim cœnotaphiū ꝑparaſſe primo: quā oēs q ibi aderāt ſecuti ſūt: & dignitatē eius imitati cœnoptaphiū ſuis quiſque faciebat uidelic& qui in acie pharſalica occiſi fuerāt: ergo toto littore regi ex truebātur. Collegit ueſtes: rogū inqt extruxit & ro go ſupīpoſuit ueſtes pompeii: & oīa q illi cū uiueret cariora fuerāt. ſic eni facere ſolebāt antiq: ut cū cor pore mortui oīa quæ illi cara fuerāt cōburerent. ut Virgilius. Veſteſque uelamina ponūt: imo equos & ſeruos una cū dominis cōburebant. Sociæ terræ.ſ. Libyæ inſignia. Declarat armaque: impſſas exuuias.i.intextas clauatas ueſtes.i.clauis aureis ītextas ſignificat. Pictas: diuerſi coloris togas. Velamia i.pallia. Ter cōſpecta: ioui qa ter triumphauit & curru ſublimis uectus ꝑ urbem fuerat ad alta capitolia ſicuti mos erat triūphantiū. Funeſto ītulit igni.i. cremauit ī rogo pōpeii.uel intulit.ī honorē pōpeii cremauit. Ille cinis. Quia aliū cinerem habere non potuit. Accipit oīs exemplū pietas: exemplo īqt corneliæ oēs cœnotaphiū ſuis quiſque fecit: qui cæſi fuerāt ī acie pharſalica. cœnotaphiū dicit ſepulchrū inane & uacuū quod ſtruebat ī honorē alicuius: tamē corpus aberat: nā κενον ſignificat iane & uacuū & ταφοσ ſepultura. Buſta: ſepulchra rogi Manibus theſſalicis.i.his qui ī acie pharſalica occiſi fuerāt. Sic ubi de paſtis. nūc dicit per quandā ſimilitudinē quō ignes per oē littus apparuerint. Succenſis rogis. dicit enim hoc idē facere ſolent appuli tūc cū renouare uoluerit herbas: nā cōburūt quæcūque ī agris iueniūt: ut cinis ille fertiliorē reddat terrā: quod ēt Virgilius in georgicis oſtēdit. Stipulā crepitantibus urere flammis. Sic: uidelicet ignis diuerſis in locis erat. Vbi: Quādo &c. De paſtis.ſ.a grege. Submittere: ſubſtituere. Renouare: declarat quod dixit ſubmittere gramia. Herbas hibernas: que poſtea tempore ueris ſucceduntur. Fouet: nutrit & fœcundas reddit terras. Garganus: Mons eſt Apuliæ ſiniſtrorſum ab appennino in mare adriaticum ueniens. Vulturis: uultur uel uulturnus fluuius eſt qui auctore Strabone per uenafrum mediamque Campaniam labitur: Matinus: eſt fluuius de eodem monte defluens. Calidi: Tepidi. Buceta: paſcua dicuntur ubi boues hyemant a boue. Non tamen ad magni peruenit gratius: Quamquam omnes conuitia iactabant in deos: quod tam atroces & in feſti Pompeio fuiſſent: tamen nulla gratior uox fuit manibus pompeii: quam oratio catonis: quam de ſuis laudibus habuit ſumma cum moderatione. Audet conuitia in ſuperos: id eſt inuehi inſectari deos. Pompeiumque deis obiicit: ut inuidiam diis faciat: ut illud inuidiam fecere deis. Sed a pleno.u. pauca quidem uerba fuerant ſed uera. Ciuis obit inquit: hæc oratio laudationem funeris continet. mos enim erat apud antiquos: quod etiam nunc quoque tenetur: ut laudationes haberentur in funere: eorum præſertim qui honore digni haberentur: oratio eſt perſonæ conueniens: nihil enim fictum Cato: nihil ſimulatum loquitur nihil ad gratiam laudat a modeſtia Pompeium. qui uidelic& nunquam plus ſibi ſumpſerit quam ciuica conditio pateretur. Impar maio. fuit quidem inquit non comparandus Pompeius priſcis illis imperatoribus: uerumtamen in hac ætate plurimum profuit. nam ſolus ex prīcipibus fuit qui ſe priuatum gereret: quamuis plebs illi ſeruire parata eſſet. Impar: in hoc uidelic&. Noſce modum iuris: id eſt poteſtatis: id eſt cognoſcere quantum ſibi promitteretur. nunquam enim ſe ſupra ciuicam conditionem gerere uolebat. Sed in hoc tamen utilis æuo: Quia quum ferme omnis iuſtitia periiſſet: in eo adhuc priſtinæ ætatis reliquiæ mirandum in modum permanſerunt.

Exemploqꝫ carens: & nulli cognitus æuo
Luctus erat: mortem populos deflere potētis:
Sed magis ut uiſa ē lachryis exhauſta ſolutas
In uultus effuſa comas cornelia puppe
Egrediens rurſus geminato uerbere plangūt:
Vt primū in ſociæ peruenit littora terræ
Collegit ueſtes: miſeriqꝫ inſignia magni
Armaqꝫ: & impreſſas auro quas ſecerat olim
Exuuias puraſqꝫ togas uelamina ſummo
Ter conſpecta ioui: funeſtoqꝫ intulit igni.
Ille fuit miſeræ magni cinis: accipit omnis
Exemplum pietas & toto littore buſta
Surgunt: theſſalicis reddentia manibus ignē.
Sic ubi depaſtis ſummittere gramina campis
Et renouare parans hibernas appulus herbas
Igne fouet terras: ſimul & garganus & arua
Vulturis & calidi lucent buceta matini
Non tamen ad magni peruenit gratius ūbrā
Omne quod ī ſuperos audet cōuitia uulgus
Pompeiumqꝫ deis obiecit quam pauca catōiſ
Verba: ſed a pleno uenientia pectore ueri.
Ciuis obit: dixit multum maioribus impar
Noſce modū iuris: ſed ī hoc tamen utilis æuo.

Cui nõ nulla fuit iuſti reuerẽtia:ut nõ oĩo iuſtitiã cõtẽneret:ſed eã uereret̃. Salua libertate potẽs nõ enĩ ipſe ĩ magiſtratibus ſuis tyrãnidẽ exercuit:quia nil cõtra libertatẽ geſſit quãq̃ prĩceps ciuitatis eẽt. Et ſolus:ex prĩcipibus oĩbus inuẽtus ẽ Põpeius unus q ſe priuatũ gereret.Plebe parata:lic& ꝓmpta eẽt ad ſeruiendũ ſibi plebs. Priuatus:q priuatã uitã gereret. Rectorq́ ſena.erat qdẽ moderator ſenatus ita tamẽ ut ſenatus ĩpare ſibi poſſet quid uellet Sed regnãtis:nõ ſeruiẽtis.prĩceps ſenatus erat põpeius ſed ita ut ſenatus qcqd iuberet efficeret. Nil belli iure popoſcit.ꝙ bello cæteris præſtaret:nil ſibi plus q̃ cæteri arrogabat. Popoſcit: arrogauit ſibi. Quæq́ dari uoluit:ut honores quos appetebat ẽt negari nõ poſſe uolebat.nõ enĩ ita ipſe petebat honores: ut ab inuitis extorqueret:ſed a uolũtariis acciperet. Immodicas poſſedit op. Laudauit a modeſtia & a iuſtitia laudat nũc a liberalitate. Immodicas: ĩmenſas

Intulit plus:q̃ ꝙ ipſe ĩmẽſas diuitias poſſederit: tamẽ plures in ærariũ ĩtulit q̃ ſibi retinuerit. Inuaſit ferrũ. Arma põpeio placuerũt qbus plurimũ ualebat ſed tamẽ ne fureret. Ponere norat: cũ tẽpus pacis eẽt arma deponebat. Prætulit arma togæ.i. paci præpoſuit bellũ nũquã tamẽ bellũ ſuſcepit niſi ut paci cõſuleret:hæ laudatiões dignæ ſunt & laudatore & laudato. Iuuat ſumpta ducem:placebat Põpeio ſuſcipere honores:placebat illos deponere finito magiſtratu. Poteſtas.ſ. magiſtratuũ. Carẽs luxu:qa nõ ſupfluis rebus põpeii familia abũdabat ſed his tãtũmõ q̃ ciuicæ cõditõi cõuenirẽt. Fortũa d.i. fœlicitate põ. Cor.uiciata nũq̃ ẽ nã ĩ fœlicitate ſe moderatũ gerere difficilimũ ẽ.ſecũdæ res aliquãdo & bonos uiros ꝑturbãt:ideo dicit ꝙ domus põpei nunq̃ fuerat uiciata ĩ ſecũda fortũa. Clarũ & uenerabile fuit:ſed nõ minori ueneratõe q̃ admiratiõe habebat̃ põpeii nomẽ: q̃tũ admirabãtur hoĩes tantũ & amabãt. Olim uerba fides:antea qdẽ uera libertas erat ĩ ciuitate nr̃a:ſed poſt Sylla & Marius ciuitatẽ occuparũt uera illa libertas periit:ſed tamẽ fictæ libertatis imago ꝑmanſerat ĩ põpeio ſolo quæ nũc ipſo mortuo penitus tollit̃ Receptis.ſ.in urbẽ. Põpeio adempto.i.mortuo. Nõ iã regnare pudebit:qa poſt mortẽ Põpeii regnãdi pudor oĩs extinctus ẽ.nã oẽs licenter pro ut ſupiores erũt rem pu.occupabũt̃. Color:ſpecies q̃dam impii. Nec frons:nec etiã ſeruabit̃:nullaq́ erit ipſius ſenatus libertas.nam in fronte dignoſcit̃ q̃tum unicuique liceat. O fœlix: poſtq̃ laudauit põpeiũ a modeſtia a iuſtitia & a liberalitate nũc ad cõſolationẽ uenit:ſic enĩ ĩ laudatiõe funeris fieri ſolet ut prĩo eius q mortuus eſt laudes proſequamur.deĩde ad cõſolationẽ eoꝝ ad quos funus ꝑtinet ꝑueniamus:dicit enĩ nihil eẽ cur ĩplacabiliter cædẽ pompeii flere debeãt:quãdo nihil ei mali cõtigerit:imo uero ĩſtar fœlicitatis eẽ dicit ꝙ a miniſtris Ptholemæi occiſus fuerit. O fœlix: inq̃t põpeius ẽ q ſimul cũ fortuna & repu. ꝑiit: nã ſatius fuit Põpeio uicto mori q̃ uiuere ne ĩ diſcrimine ſeruitutis ueniret & q̃ſi cũ admiratõe legendũ ẽ. Cui quærendos.i.debuiſſet Põpeius q̃rere enſes ad ſe ĩterficiẽdũ:niſi a ſceleſto rege darent̃:ne poſt tãtã cladẽ acceptã ſupeſſet. Forſitan ĩ ſo.& cur ſibi mortẽ debuerit cõſciſcere Põpeius:rõem ĩfert.dicit.n.o Pom.niſi te ptholemæus occidiſſet fortaſſe paſſus fuiſſes cæſari & ĩpo regnãte uiuere:an hoc paſſus fueras ut regnante cæſare ĩ uita permaneres. Scire mori ſors prima:primũ ĩqt ẽ ſcire mori cũ neceſſe fuerit:ſecundũ uero cogi qd̃ ꝓximũ fuit cõſecutus ẽ:q̃ ꝓxima cogi:uidelic& turpius ducere ĩ ſeruitute uiuere:q̃ mori. ergo honeſte mori ſatius eſt quam turpiter uiuere uiris.uirũ ſemper de forti dicere ſolemus. Proxima:ſecunda.

Cogi:ſcilic& ad mortem.& mihi ſi fatis de ſe ipſo capit exemplũ:ut ꝓbet id quod de Põpeio dixerat. uidelic& fœlicẽ fuiſſe ꝙ occiſus fuerit ĩpio regis Ptholemæi:dicit.n.hãc quoq́ fortunã mihi ipſi optauerim ſi ĩ tyrãnide uicturi ſumꝰ ut rex Iuba ad quẽ nos cõfugimꝰ idẽ mihi faciat: qd̃ Põpeio ptholemæus fecit.

Si fatis.i.ſi fata uolũt:ut ſeruiamꝰ uictori. Nõ dep̃cor.h.q̃ſi cõſolator illd̃ qd̃ nimiũ ĩdigne ferebat Sextus.ſ. caput Põ.uictori cæſari uiſẽdũ ſeruari:nõ magnifacio ĩqt ut ſeruet uictori:uel capite trũcato.uel ĩteger:uel ꝑs corpis dũmõ mortuꝰ ſeruer. Nõ.d.nõ recuſo nõ repello:ũde Ci.pria d̃p̃catio d̃fẽſoris.i.d̃pulſio

Cui nõnulla fuit iuſti reuerentia:ſalua
Libertate potens:& ſolus plebe parata
Priuatus ſeruire ſibi:rectorque ſenatus:
Sed regnantis erat:nil belli iure popoſcit:
Quæq́ dari uoluit.noluit ſibi poſſe negari
Immodicas poſſedit opes:ſed plura retentis
Intulit:inuaſit ferrum:ſed pondere norat.
Prætulit arma togæ:ſed pacẽ armatuſ amauit
Iuuit ſumpta ducem:iuuit dimiſſa poteſtas
Caſta domus luxuq́ carẽs corruptaque nũq̃
Fortuna domini:clarum & uenerabile nomẽ
Gẽtibus:& multũ noſtræ quod ꝓderat urbi
Olim uera fides:ſylla marioque receptis
Libertatis obit:pompeio rebus adempto.
Nunc & ficta perit:nõ iam regnare pudebit:
Nec color imperii.nec frons erit ulla ſenatus.
O fœlix cui ſumma dies fuit obuia uicto:
Et cui quærendos pharium ſcelus obtulit ẽſes
Forſitan in ſoceri potuiſſet uiuere regno.
Scire mori ſors prima uiris:ſed proxima cogi:
Et mihi ſi fatis aliena in iura uenimus
Da talem fortuna iubam:nõ deprecor hoſti

Dum me ſeruet.ſ.mortuum. Ceruice reciſa:ſicut pompeius. Vocibus his maior: repetit quod ab initio dixerat.uidelic& dici nõ poſſe:q̃ grata fuerit umbris pompeii catonis oratio. Quã ſi romana roſtra ſonarent:non tã grata fuiſſet totius populi romani oratio:etiã ſi in omni foro laudes pompeii decantaretur:q̃ fuerũt hæc pauca catonis uerba. Roſtra.i.totum forum.nam roſtra erant ſedilia populi ſic dicta:ꝙ roſtris nauium anciatum:quos romani uicerãt exornata erant. Generoſam: nobilem.

Seruari:dum me ſeruet ceruice reciſa.
Vocibus his maior quã ſi romana ſonarent
Roſtra ducis laudes generoſam uẽit ad ũbrã
Mortis honos premit interea diſcordia uulgi
Caſtrorum belliq; piget poſt funera magni.
Cum tharcon motus liquendi ſigna catonis
Suſtulit hunc rapta fugiẽtem claſſe ſecutus.
Littus in extremum tali cato uoce notauit.
O nunquam pacata cilix iterum ne rapinas
Vadis i æquoreas.magnum fortũa remouit.
Iam pelago pyrata redis:tum reſpicit omnes
In cœtu motuq; uiros:quorum unus aperta
Mente fuge:tali cõpellat uoce regentem.
Nos cato da ueniam: pompeii duxit in arma
Non belli ciuilis amor parteſq; fauoris
Fecimus ille iacet quem pati prætulit orbis.
Cauſaq; noſtra perit:patrios permitte penates
Deſertamq; domum: dulceſq; reuiſere natos
Nam quis finis erit: ſi nec pharſalia pugnæ:
Nec pompeius erit: perierunt tempora uitæ
Mors eat i tutum iuſtas ſibi noſtra ſenectuſ
Proſpiciat flãmas:bellum ciuile ſepulchra
Vix ducibus dõare poteſt:nõ barbara uictos
Regna manẽt:nõ armẽiũ mihi ſæua miatur.

Fremit interea diſcordia uulgi:nũc dicit quomodo ſe milites hũerint:nã cum antea pompeiũ ſecuti fuiſſent non tã belli ciuilis cupiditate:aut libertatis ſeruadæ grã q̃ quod pompeiũ amabãt ſublato eo nũc ipſos arma ferre redebat:& rediiſſẽt oẽs ad ſuas quiſq; domos niſi adhortatione catonis retenti fuiſſent. Fremit: ſecũ murmurat. Tarcon:dux & princeps cilicum quos põpeius deuicerat:& deuictis ẽt colonias deſignauerat:ut ipſos in diuerſas regiões diſtribueret: ne poſtea unq̃ congregari poſſent & mare infeſtum reddere: ſicut antea fecerat. Suſtulit: concitauit. Hũc:Tarcõtẽ. Rapta:rapti deducta claſſe i mare. Secutus:uerbis. In extremũ littus: in extrẽa parte littoris:& dixit. O nunq̃ pacate cilix: reprehendere cœpit tarcõtẽ. Cilix:de cilicia duarũ ꝓuinciarũ nomina inuenimus patriũ facere:ut a cilicia cilix:a bebricia bebrix. Iterũ ne rapinas:iterũ ne redis ad antiqua latrocinia:ut pyraticam mari exerceas. Magnũ fortũa:& cã eſt cur iterũ redis ad pyraticũ ꝙ itellexiſti mortuũ eſſe Pompeiũ. Tũ: deinde. In cetu motuq; uiros:cũ cœtus fieri incipiũt: aut i ciuitate:aut in caſtris a ciuibus uel a militibus: ſignũ eſt rẽ ad ſeditionẽ ſpectare. Motuq;: q̃a oẽs iam moti erãt:ut domos ſuas ſe reciperent. Quorũ unus:unus auſus eſt apte alloqui catonẽ & ſuã omniumq; ſuorũ mentem aperire. Aperta mente:manifeſta ſententia. Nos Cato da ueniam: oratio eſt illius qui ex omni turba auſus eſt aperte ſententiã ſuã dicere & ſociorũ:& ita locutus: eſt. Amor pompeii duxit in arma: ſublata cauſa quæ nos arma ſuſcipere fecit nihil relinquitur cur bellũ perſequi uelimus:auctor autem ſumendi arma pompeius fuit:ille nobis adẽptus ẽ ergo arma nobis deponenda cenſemus. Fauore:uidelic& beniuolentia & obſeruantia:quam in pompeium habuimus. Iacet:ſublatus eſt nobis. Paci prætulit orbis:nã populi nationes:& gentes in pace quieta uiuere poſſent:maluerunt ſuſcipere bellũ:q̃ deſerere pompeium ergo ipſum prætulerũt paci. Cauſaq;:Põpeius cauſa noſtra periit diis uolẽtibus:ut ſuperius. Victrix cã diis placuit:ſed uicta Catoni.Nam eo ꝙ uicti ſunt pompeiani cauſa etiã noſtra uidetur fuiſſe deterior. Patrios permitte penates:Quod uitæ nobis reliquum eſt una cũ liberis noſtris coniugibuſque uiuere permittas & iuſtam cauſam eſſe oſtendit cur uelint ab armis diſcedere:ut uidelicet tandem ſuorũ curam habeant. Nam quis erit finis.ſ.bellorum:quæ nã cauſa magna ſatis eſſe poterit:q̃ nos ab armis abdicat:niſi clades accepta in pharſalica:& ipſe pompeii interitus ſufficit. Nam quis:pro quis nã præpoſitiui & poſtpoſitiui ordinis eſt:ſed ſemp poſt ponitur huic relatiuo quis dicimus enim quiſnam & quænã & cætera ſed ſi e diuerſo iueniatur hiſterologiam dicimus.i.præpoſterum ſermonẽ:ut hoc loco. Periert tempora uitæ:id eſt bello uitam conſumpſimus:quod reliquum eſt nunc morti conſulere debemus. hoc eſt ut quieta morte fruamur:quando uita frui nequiuimus quæ bellis ſemper agitata eſt. Mors eat in tutum:id eſt nobis quieta mors concedatur. Proſpiciat: id eſt prouideat. Flãmas iuſtas:id eſt debitum honorẽ ſepulchri. Bellũ ciuile ſe.q̃a occurrebat illud:nũq̃d nõ fortaſſe ẽt ſepulchra cõſeq̃mini:ſi in bello pibitis.Minime iq̃t:uix ducibus ipſis facultas ẽ ſepulchri. Ducibus:ne dũ multitudini militũ. Nõ barbara uictis: Reſpõdet ad id quod obiici poterat:uidelic& ipſos ſeruituros eẽ.nũq̃d nõ ſatius ẽ liberũ mori q̃ ſeruũ uiuere:reſpõdet ẽt ſi ſeruituri ſit: nõ barbaris gẽtibꝰ:regibꝰ:ac gẽtibꝰ rẽotis ab hũanitate: ſed cæſari pituros eẽ:q̃ ciuis Ro.erat. Nõ manẽt:nõ expectãt Armeniũ iugũ uidelic& ſeruitiũ Tigrãnis regiſ arméiæ

Scythicū.i.regnū ſcythiæ.i.nec ſeruituri ſumus Arſacidis.i.Parthis:q ut inqt Solinus cap.Lxviiii. por/ recti ad terrā ſcytharū cū eis cōcorditer degūt. Sub iura.i.ſub poteſtatē. Togati ciuis.i.cæſaris. Quis quis ſecūdus:qui mihi ſecūdus erat uiuente pompeio:nūc ipſo ſublato primus erit ſed cæſar ſecūdus erat igit̃ &c. Sacris præſtabit̃ umbris:& tamē oīo memoriā Pompeii obliuioni rrademus. nā quē ipſi uiuo uoluimus præſtare honorē:umbris eius mortui præſtabimus. Clades.ſ.pharſalica cogit nos ut ſubii/ ciamus uictori. Nullū magne ducē:ad pompeiū abſentē apoſtrophat q̃ſi præſentē. dicit.n.nos o pom/ pei nullū ducē ſequi maluimus præter te dū uiue/ res:ſed poſt mortē tuā meliora fata ſequemur. Fa ta uolūtatem & loqtur ſecūdum ſtoicos quia oīa fa to fieri dicebant quod hoc ſit facit idē Apollo:cū cā cām ex ſe gignit:ea eſt ex oī æternitate ueritas ſem/ piterna:quo fit:ut nihil factū ſit:quod non aliquan do futurū fuerit:& nihil futurū cuius nō cauſas id ipſū faciētes natura cōtineat: ſed falſa erat opinio.

Neq;.n.ſperare ſecūda:poſt mortē pompeii nō eſt mihi fas ſperare ſecūda:ſed nō licet qdem ſi quādo puū eſt recte dicit ſi iuſtitia aliquid prohibet nec li/ cētia illud permittere debet multa nobis licēt quæ nō decent.nam aliud eſt licere: aliud decere: quod decet honeſtū eſt:quod uero licet plerūque turpe: ut regibus quidē multa quidem licent:quæ tamen nō decent:uidelicet in exiliū bonos pellere:bona di ripere publice ac priuatim mulctare &c. Nūc ergo dicit nō mihi decet ſperare res ſecūdas poſt mortē Pompeii nec liceant quidē. Fas:ſecundū ius diui/ nū ius uero humanum. Fortuna.i.fœlicitate cæ ſaris. Sparſit:fudit. Aemathium:id eſt exercitū pompeii quē i æmathia hūerat. Clauſa fides mi/ ſeris.i.fides quā præſtare Pōpeio debuimus: finita eſt. Virgilius:Ante diem clauſo componet ueſper olympo. Miſeris:nobis uictis. Et toto ſolus in orbe eſt unus tantū ſupereſt mortuo Pompeio:qui uelit & poſſit nos uictos ſaluos eē. Pompeio ſce/ lus eſt.dū Pōpeius uiueret:licuit nobis bellū gerere ipſo duce cui fidem promiſeramus: & quodcūq; il le iuberet nobis iurauimus facturos eſſe: ſed ipſo mortuo ſi bellū gereremus quod antea iuſte bellū

Aut ſcythicum fortuna iugū:ſub iuga togati
Ciuis eo:quiſquis magno uiuente ſecundus.
Hic mihi primus erit:ſacris præſtabitur ūbriſ
Sūmus honor dominū quē cladeſ cogit hēbo
Nullū magne ducē:te ſolū in bella ſecutus
Poſt te fata ſequar: neq; enim ſperare ſecūda
Fas mihi nec liceat fortuna cuncta tenentur
Cæſaris æmathium ſparſit uictoria ferrum.
Clauſa fides miſeris:& toto ſolus in orbe eſt:
Q ui uelit & poſſit uictis præſtare ſalutem.
Pompeio ſcelus eſt bellum ciuile perempto.
Q uo fuerat inuenta fides.ſi publica iura
Si ſemper patriā ſequeris cato ſigna petamus
Romanus quæ conſul habet: ſic ille profatus
Inſilui puppi:iuuenū comitante tumultu.
Actum romanis fuerat de rebus & omnis
Indigna ſeruicii.feruebat littore plebes.
Erupuere ducis ſacro de pectore uoces.
Ergo pari uoto geſſiſti bella iuuentus.
Tu quoq; pro dominis & pompeiana fuiſti
Nō romana manus quod nō in regna laboras

fecimus nunc impie faceremus:cogebamur enim iureiurando ſequi pompeium. Quo fuerat iuuenta fi.quia iureiurando addicti eramus ad omnia quæ nobis iuberet:nunc eo ſublato eſſet ſcelus impium bel lum ciuile gerere:quia uoluntarii id faceremus. Si publica iura:ad Catonem apoſtrophat:id eſt ſi leges romanas ſequeris o Cato & hoc tuum eſt propoſitum:ut eas ſerues:nec unquam ab amore patriæ diſce das his legibus cogeris ſequi cæſarem:quia conſulem & leges uolunt:ut omnes conſuli parere debeant: igitur nec tu aliter facere potes ſaluis legibus. Petamus:ſcilicet tecum. Sic ille: Quiſquis fuit: qui au/ ſus eſt libere contra Catonem loqui hæc: quum dixiſſet in puppem inſiluit: & alii quidem eum comita/ bantur eo animo:ut ſe ad cæſarem transferret. Tumultu: turba iuuenum. Actum romanis: & tantum quidem ualuit huius adhortatio:ut cæteri quidem ad fugam inclinarent : niſi Chato illos ſe/ uera reprehenſione retinuiſſet. Actum de rebus:id eſt ad finem peruenerunt res romanæ:ſic enim mos erat antiquis his uerbis oſtendere finem alicuius rei. Et omnis ideo finis erat reipu. quia om nes parati erant cæſari ſeruire. Indiga:pro indigens ſeruicii:id eſt quæ libera uiuere quoque geſſi/ ſti bellum pro Pompeio. uidelicet ſi ipſe uiueret:ut dominus eſſet rerum omnium quemadmodum & cæſariani fecere pro cæſare: qui & ipſi pugnabant ut dominus omnium eſſet: nihil omnino cæ/ ſarianis diſſimilis fuiſti. Pari uoto: ſimili deſiderio ſicuti cæſariani fecere: Pro dominis:pro ui/ ctoria dominorum. & pompeiana fuiſti:nam antea credebam te fuiſſe romanum: & tuas copias re/ tinere: quæ pro republica. & libertate pugnarent: nunc cum pompeianus ſis non pro republica pu/ gnaſti:ſed pro pompeio: ut uictor ipſe regnaret. non reſpublica: & probat id uerum fuiſſe. Quod non in regna: dum pompeius uiueret pugnaſti: ut ipſe regnaret. at uero illo mortuo ſi pugnabis cer tum erit tibi bellum forte non dominis. Tibi:id eſt te ad utilitatem tuorum pugnaturum eſſe nō

aliorum ob hanc cauſam fugis bella:quum uehementius appetere deberes. Non ducibus uiuis:id eſt non uiuis militibus tuis?non eſt pro regno:ſed pro libertate. Viuis:uictor. Moreris: uictus:ſi uiuus uincis tibi uincis:& non ducibus:ſicut ante ſi moreris pro libertate moreris pro te & non pro regno cu/iuſquam. Quod orbem acquiris nulli:quia ſi uictor fueris tibi dominus eris:& non aliis. Quod iã tibi uincere tutum eſt:periculoſum antea fuit uiuere:quia ſi uiciſſes fortaſſe Pompeius libertatem occu paſſ&.nunc autem nil tale tibi metuendum eſt. Vacante:id eſt ceruice libera:hoc eſt quũ liber ſis ſerui/tutem requiris.

Q d' tibi nõ ducibꝰ uiuis:moreriſq;: ꝙ orbẽ
Acquiris nulli:quod iã tibi uincere tutum eſt
Bella fugis? quæriſq; iugum ceruice uacante.
Et neſcis ſine rege pati.nunc cauſa pericli
Digna uiris:potuit noſtro pompeius abuti
Sanguine nunc patriæ iugulos enſeſq; negatis
Cum prope libertas unum fortuna relinquit.
Iam tribus e dominis.pudeat plus regia nili
Contulit in leges:& parthi militis arcus
Ite o degeneres ptholemæi munus:& arma
Spernite.quis ueſtras ulla putat eſſe nocentes
Cæde manus.credet faciles ſibi terga dediſſe.
Credet ab æmathiis primos fugiſſe philipis
Vadite ſecuri.meruiſtis iudice uitam
Cæſare non armis.non obſidione ſubacti.
O famuli turpes:domini poſt fata prioris.
Itis ad hæredem? cur non maiora mereri
Q uã uitam ueniãq; libet? rapiatur in undas
Infœlix magni coniunx:proleſq; metelli
Ducite pompeios.ptholomæi uincite munus.
Noſtra quoq; inuiſo:quiſquis ferat ora tyrãno
Non parua mercede dabit: ſciet iſta iuuentus
Ceruicis precio bene ſe mea ſigna ſecuram

Cauſa pericli:antea inquit Pom/peii cauſa pugnaſtis:mortuo ipſo nũc pro uoto & li bertate ueſtra bellũ geritis. Digna uiris.i.qui uelit libertatẽ ſuã recuperare. Potuit ueſtro Pompeius abuti ſanguine:uidelic& ut pro ipſius regno ſangui nẽ ueſtrũ fũderetis. Quũ ꝓpe libertas:quia extri bus dominis Craſſo:Pom.& Cæſ.unus tantummõ ſupereſt:uidelic& cæſar. Patriæ iugulos enſeſq;:q bus ꝓ pompeio antea pugnaſtis:nũc patriæ pugna/re nõ uultis Pudeat plus regia nili:Vos inquit pu/dere deberet ꝙ plus ad libertatẽ cõpandã ptolomæ us contulerit:& Arſacides rex pthoꝝ ꝙ ipſi uos con ferre uelitis.nam arſacides iter fecit Caſ.& eius exer citũ deleuit.Ptholomæus iuſſit occidi Pom.barba/ri ergo reges meliores fuere & libertatis defenſores: ꝙ uos. Pudeat erubeſcere debetis. Nili:ptholo/mæi. Contulit in leges:id eſt plus profuit ad leges patriæ ſeruandas occidendo Pompeium. Militis arcus:quia ſagittis coperuerant Craſſum cum exer/citu ſuo parthi. Spernite:contemnite. Munus: quia in ſtar muneris uobis eẽ debet:ꝙ ptholemæus iuſſerit occidi Pompeium: ut nunc denique liber/te pugnetis. Quis ueſtras ulla putat eſſe nocentes: & iuſta cauſa eſt cur ad libertatem tranſeatis.neque enim ſuſpicari poteſt tam uiles ac ignauos homines bella contra Cæſarem geſſiſſe:immo non interfuiſ/ſe pugnæ pharſaliæ:quare Cæſar uobis ueniam fa/cile præſtabit. Cæde manus:Cæſar quum uos ui/derit putare non poterit uos ueſtras manus ſangui/ne ſuorum polluiſſe. Cred& facile terga dediſſe: uidelicet primo congreſſu in fugam fuiſſe conuer/ſos:ideo uobis facit iniuriam. Ab æmathiis pri/mos fugiſſe philippis:ergo quia non exiſtimat poſ/ſe contra uos arma gerere:ſtatim ſimul ac commiſſa pugna fuerit:ipſe uos ſuſcipi&:& ueniã præſtabit. Iudice cæſare:quia ſe nihil offenſũ a uobis putabit. Non armis:ſed ſponte ueſtra in deditionẽ ueniſtis. O famuli turpes:color rhetoricus:qui appellatur conceſſio:nã quod concedere uidetur id maxime negat:& quotiens utimur conceſſione uerba quædã in/ſerimus:quæ uim hẽnt prohibentis:quũ eos degeneres & turpes famulos appellat concedere uidetur: ta/men maxime negat:& hæc uerba ſecundũ mentẽ catonis ſignificant ne diſcedere uelint. Poſt fata:id eſt mortẽ. Prioris domini:ſcilic& Pom. Ad hæredẽ:ſcilic& cæſarẽ hæredem dominationis Pompeii. Cur non maiora:ſed ſi ita inquit aĩus eſt: cur non auderis maiora beneficia Cæſari præſtare:uidelic& ut occidatis pom.filios:& corneliam occidatis:me quoq; ipſum.neq;.n.paruo id præmiũ ẽptũ uoluerit Cæ ſar:ſi me quoq; occidetis. Quã uitã ueniã:iõ nõ debetis eſſe cõtẽti uenia quando poteſtis maioribus be/neficiis cumulũ addere:ac Cæſarẽ uobis maiore beneficio deuincire:& quomodo? Rapiat: obruatur in undas. Infelix coniux:uidelic& Cornelia. Proleſq; metelli:qa filia erat Scipionis. Et metelli: de metelloꝝ ſanguine. Põpeios.ſ.Sextũ & Gneum pompeii filios. Ducit:in manibus uictoris. Ptho/lemæi uin.mu.Ptholemæi iuſſu unius tãtummodo occiſus ẽ:uidelic& Pom.ſed Cæſaris iuſſu duos filios uxorem & me quoq; Cæſari inimiciſſimum occidere poteſtis. Noſtra ora:id eſt caput mei catonis. Tyranno inuiſo:ſcilic& cæſari. Non parua mercede:quia ille pro oblato capite noſtro magnum a Cæ/ſare præmium recipi&. Sciet:id eſt cognoſcet. Iſta iuuentus:ſcilic& quæ tranſit ad Cæſarem cogno/ſcit profuiſſe ſibi ꝙ ſub me militauerit:quia uidelic& me occidẽdi:& caput offerẽdi occaſionẽ habuerit.

Quin agite:hortãtis eſt:nihil eſt ꝙ dubitetis iãdudum nos occidere.Scelus enim feciſſe tantũ fugiendo ignaui hominis ẽ. Magna cæde.ſ.Corneliæ : & filioꝝ põpeii:& mei ipſius:quare hoc facere debetis:qa Ignauum ſcelus:ꝓ ignaui hominis ſcelus eſt ꝙ fuga cõmittitur. Dixit.ſ.cato. Et omnes:nunc dicit quem effectum inſectatio catonis habuerit.omnes enim ſtatim mutata ſententia accẽſi ſunt ad gerẽdum contra cæſarem bellum:& per ſimilitudinem oſtendit quemadmodũ ĩquit apes quũ aluearia deſeruerĩt: & ſparſæ quo impetus tulit:diſſipentur:ſimulatq; uocem ſtrepentis æris audiuerint in aluearia redeunt: uel certe de ramo arboris:ueluti botrio:ſiue racemꝯ uuæ dependent:ita cato uoce ſua reuocauit milites.

Quin agite & magna metu cum cæde pate
Ignauum ſcelus eſt tantum fuga dixit:& oẽs
Haut aliter medio r̃uocauit ab æquore puppeſ
Quam ſimul effectas linquũt examia cæras
Atq; oblita faui:nõ miſcent nexibus alas.
Sed ſibi quæq; uolat:nec iam deguſtat amaꝝ
Deſidioſa thimum:tum ſi ſonus increpat æris.
Attonitæ poſuere fugam:ſtudiumq; laboris
Floriferi repetũt:& ſparſi mellis amorem.
Gaudet in hybleo ſecurus gramine paſtor
Diuitias ſeruaſſe caſæ:ſic uoce catonis
Inculcata uiris:iuſti patientia martis.
Iamq; actu belli non doctas ferre quietem
Conſtituit mentes:ſeriem agitare laborum.
Primum littoreis miles laſſatur harenis
Proximus in muros:& mœnia cyrenarum:
Eſt labor excluſus:nulla ſe uendicat ira
Pœnaq; deuictis ſola eſt uiciſſe catonem.

Haut:non aliter q̄ apes. Simul:poſtq̄. Effœtas:uacuas:fœtus ſignificat plenum. Virgilius:Loca fœta furentibus auſtris.Effœtus uero uacuum ſignificat. Examinibus:examen ſignificat apum multitudinẽ. Faui.i.mellis.fauus ꝓprie dicitur congeries mellis:ac cæræ. Non miſcẽt nexibus alas:id ẽ non pedibus pendent ſe inuicem ſuſtinentes alis:nã ſi forte notaſtis quũ apes de ramo arboris pendent: pedibus nexæ ſunt:& ſe ſuſtinent alis. Volant ſibi: id eſt arbitrio & uoluntate ſua:& non regis:nam habent regem apes : quem quocunq; ierit ſequuntur : ſed poſtquam in aluearia redierint:nõ iuſſis ſuis obſequuntur:nec uoluntati ſuæ morem gerunt. Nec deguſtant thimum:ideſt nec ipſis curæ ẽ mellificar̃.

Amaꝝ:non amaꝝ:ſed tanq̄ amaꝝ fugiunt. Thimum:thimus flos eſt:quo mel apes conficiunt:& ẽ flos optimi odoris:qui etiam in melle ſentitur. nũc ergo dicit:fugiunt thimum:quem ante cupidæ mellis tantopere colligunt. Deſidioſa:iners & ignaua: quia nullam mellis curã habent. Sonus increpat æris:qa galli phryges cybelis matris deũ ſacerdotes ſonitu eris utebantur in ſacris eius:propterea dixit ſonus æris:id ẽ ſimilitudinem æris:quemadmodũ in ſacris deoꝝ matris Cybelis æra pulſabant phryges:id eſt galli ſacerdotes:ita paſtor æra pulſat:cuius ſonitu ſtatim reuocantur apes. Attonitæ:id eſt tanq̄ attonitæ. Poſuere fugam : a fuga deſtiterũt. Studiumq; laboris:ſtudium:quod depoſuerant colligendi flores:nunc repetunt. Amorem:cupiditatẽ

Gaudet:ſcilic& paſtor:cui curæ ſunt apes:ubi uid& eas in aluearia redire. Hybleo gramine: hybla: ut inquit Strabo ſiciliæ ciuitas fuit:quæ penitus euanuit.hyble uero nomen propter hyblei nominis p̃ſtantiam remanet.eſt & hybla:ut refert Strabo:circa finem octaui libri iuxta tractum megarenſium:quorum ſolum:ut in principio noni libri dicit:atticæ regionis pars extitit:his in locis apes optima mella cogere referũt poetæ.per excellentiam ergo dicit hybleo gramine.nam mel atticum cuncta bonitate ſuperat: eo uero illud longe præſtantius eſſe dicit̃ quod ad argentarias gignitur:& atticæ e montibus mel optimũ gignit himetus. Diuitias:id eſt apes quæ ſunt diuitiæ ſuæ. Caſa:nam caſa domus paſtoralis eſt:ſic dicta a cadendo ꝙ cito cadat. Sic:pari ratione etiam uoce catonis reuocati ſunt animi militum:qui de fuga cogitabant. Iuſti martis:pro libertate ſuſcepti. Inculta:ingeſta. Iamq; actu:id eſt exercitio belli: Cato ubi cognouit incertas militum mentes ſtatuit non permittere militibus ocium dari:ſed eos continue in laboribus continere ne quid de fuga cogitandi ſpatium daretur. Cõſtituit.i.parauit. Serie:laborum ordine:& una tenere laborum ſine intermiſſione continuationem habere. Primum littoreis: primum uoluit illos exerceri in littoreis harenis:ſcilicet ludentes paleſtra:nam currere in littore & harena non eſt mediocris labor:pedes enim deſcendunt:nec facile educuntur. Proximus : ſecundus labor fuit. In muros:ſcilic& cyrenarum.nam cyrenei portum clauſerant catoni & claſſi eius.cyreneos ergo expugnare inſtituit Cato:et ita ſecundum hiſtoriam expugnauit : tamen ipſis permiſit ſuo iure uiuere.neque enim ſicuti meruerant militibus diripiendos permiſit:ſatis enim habuit uiciſſe hoſtem. In:aduerſus muros. Et:pro id eſt mœnia. Cyrenarum:Cyrene:ut refert Solinus capite quadrageſimo:oppidũ eſt quod maior ſyrtis oſtentat:hoc Battius lacedemonius rege Martio res romanas tenente poſt troiam captam condidit:quæ domus Callimachi poetæ fuit & patria. Excluſus:a portu cyrenarum. Nulla ira:Quia in animum ſapientis perturbatio nulla cadit. Pœnaq; deuictis ſola eſt uiciſſe catonem : id eſt hanc ſolam uictis pœnam inferebat Cato:ut uſque ſuo imperio ſubiicerentur:& illis oĩa ſua reliquebat.

Inde peti placuit: Poſt hæc conſilium cepit cato petendi Iubam regem ſocium & amicum populi romani: ut eius ope & auxilio exerci tū cōpararet ſatis firmū: quo cæſari reſiſtere poſſet. Inde: Poſt hæc. Cōtermina mauris: qa iuba rex numidiæ eſt: quæ mauris finitima eſt. Sed ſyrtes: intercipiebāt iter. Mediis: nā in medio poſitæ erāt: nec per ſyrtes nauigari poterat. Has audax: & quāq̄ ſyrtes maris periculoſa loca interciperent nauigationē: tamen tantū uirtutis aīo coceperat cato: ut eas euadere ſe poſſe ſparet.

Syrtes uel primā: qa ſuperius poeta mentionem fecit ſyrtium: nūc quærit unde originem hūerint. ſūt autem ſyrteſ media loca in mari: quæ nunc areſcunt nunc uero undis ac fluctibus exundant. unde ſyrtes dictæ ſunt a potu ſyrin id eſt a trahendo: quia fluctus ita trahit undam: ita ut arena ſicca relinquatur aliquando in littore: id quāobrem fiat quærit hoc loco Lucanus dicens. Syrtes uel primam & cetera: uſq; ad eum locum uel plenior alto: nam poſita coniunctione in principio orationis requiritur alia coniunctio ut perfecta ſit oratio: nam ſi dixeris & martinus legit: neceſſe eſt ſequatur & Socrates diſputat: ut hoc loco uel natura hoc fuit: uel ātea aliſ fuit. erit ergo ordo: natura uel reliquit ſyrtes pelagi terræq; cum daret primam figuram mūdo: uel ſyrtis olim erat altior pelago: nā neq; & cetera. hæc omnia per parentheſim leguntur. Vel ſyrtis: η ſyrtis τησ ſyrtios declinatur ēt η ſyrtis τησ ſyrtidos: ſicut paris paridis uel paridos: thetis dis & thetidos: cum natura daret mundo primam figuram idē cum primum natura res omnes in eſſe produceret: hoc eſt cum materiæ formam daret forma eſt quæ dat eſſe rei: nam forma idem agit ꝙ Deus ideo laudatur. li. phiſicorum ab Ariſtotile mirifice forma: quia idē habet ꝙ deus: ſicut Deus dat eē rebus: ita forma dat eſſe materiæ. Reliquit: has ſyrtes. In dubio pelagi: quia nec plene pelagus: nec plene terra & quomodo reliquit in dubio declarat. Nam neq; ſubſedit: id eſt non omnio extitit extra undas. Stagna ꝓfundi. aquas maris. Nec ſe defēdit. i. nec extra undas ſtetit ideo non defendit ſe omnino ab æquore.

Inde peti placuit libycis contermina mauris
Regna iube: ſed iter mediis natura uetabit
Syrtibus: has audax ſperat ſibi cedere uirtus
Syrtes: uel primam mundo natura figuram
Quum dar& in dubio pelagi: terræq; reliqt
Nam neq; ſubſedit penitus: quo ſtagna ꝓfūdi
Acciperet: nec ſe defendit ab æquore tellus
Ambigua: ſed lege loci: iac& inuida ſedes
Aequora fracta uadis: abruptaq; terra ꝓfūdo.
Et poſt multa ſonant proiecti littora fluctus.
Sic male deſeruit: nulloſq; exegit in uſus
Hanc partem natura fui: uel plenior alto
Olim ſyrtis erat pelago: penituſq; natabat.
Sed rapidus titan ponto ſuo lumine paſcens
Aequora ſubduxit zonæ uicina peruſtæ.
Et tūc pōtus adhuc phœbo ſiccante repugnat
Mox ubi damnoſum radios admouerit æuū.
Tellus ſyrtis erit: iam breuis ūda ſuperne
Innatat: & late perirurum deficit equor.

Sed illam in uia: quanauigari non poteſt. Lege ambigua: quia nec plene terra: nec plene aqua dici poteſt: & deſcribit quia. Aequora fracta uadis: uada proprie dicūtur per quæ pedibus uadari poteſt: id eſt iri. Abruptaq; terra: interciſa: quia interciſionibus retardantur fluctus qui fluctus ſtatim cum ad littora ueniunt reſonant: uerūtamen ad omnes interciſiones fluctus peruenire nō poſſunt: ideo dixit. Poſt multa littora: appellat littora aggerem harenæ. Sic: hoc pacto. Male: ideſt inutiliter deſeruit & declarat. Nulloſq; exigit in uſus: quia nec ibi habitant homines nec piſces. tres partes ſunt quæ incoluntur a diuerſis animantibus aer: aqua terra. terra ab hominibus feris & quadrupedibus habitatur. aqua a piſcibus. aer habitatur ab alitibus: ſunt etiam quædam animalia cherſidra: quæ partim terram incolunt: partim aquam ſicuti ranæ & teſtudines: dicit ergo ſyrtes inutiles eſſe: quia nulli generi animantiū utiles ſint.

Vel plenior alto: uel ſuperioribus quidem temporibus ſyrtis fuit obruta pelago: ut per eam partē nauigari poſſet. Penitus. interius quid ergo fuit cauſæ: ut ita areſceret dicam. Sed rapidus titan. rationem naturalem tangit: uidelicet quia corpora cœleſtia: eo ꝙ ſunt lumina ignea: ideo paſcuntur undis & humore: unde & philoſophi uiderunt fore aliquando: ut omnis hic mundus aliquando arderet: poſtquā conſumpta eſſet aqua & humor omnis. Rapidus titan: uidelicet ab initio quum creatus eſt mūdus. Lumina paſcens: quia humor maris ſubduxit æquora: id eſt ſenſim & paulatim arefecit. Zonæ uicina peruſtæ: eſt ratio quamobrem iſtic exaruit mare: quia torridæ zonæ propinquæ ſunt ſyrtes. Et nunc pōtus adhuc: & quamuis radiis ſolis & ipſa quoq; ſtellarum flamma exaruit mundum: tamen reſtitit aqua igni: ſed erit tempus ꝙ omnia conſumet. Repugnat: ſcilicet calori ſolis & ſtellarum. Mox ubi dānoſum: ſed poſt longum tempus cum ſenſim undam omnem exhauſerit calor ſolis: loca illa penitus areſcent: & nihil niſi terra relinquetur. Mox: deinde. Vbi: quando. Dannoſum æuum: quia detrimen tū facit rebus. Nam iam breuis unda: quod ita ſit apparet ex eo qđ factum eſt: & ex eo quod furturum ē: quia maxima pars undarum conſumpta eſt: ſequitur inde futurum: omnem aquam conſupturam eſſe.

Vt primum remis:poſtquam dixit ſuam de ſe ſyrtium ſententiam:nunc ad propoſitum Lucanus redit dicit paſſos fuiſſe tempeſtatem milites poſtquam nauigare cœperunt. Actum:impulſum. Omne onus claſſis:id eſt omnem claſſem catonis. Denſis fremuit:ſtatim auſter cum ingenti & effuſo hymbre impulit naues. Niger hymbribus:uidelicet nymboſus ferens hymbrem. In ſua regna ferenſ:nec mirum qa auſter eſt uẽtus flans a meridie. Turbine:impetu ſuo:nam naues repellebat ab undis. Egit:reppulit ut per eas nauigari non poſſit:& ita defendit. Illato littore:id eſt culmo harenæ:quia impetus uenti abſtulit mare & aggerem harenæ reliquit: ideo contrahit pontum. Tum quarum rector:quarum nauium uela uentus comprehendit:has impulit ĩ littus: ſed quarum uela nautæ in ſummum mali rudentibus traxerunt has naues in ſyrtes uentus impulit.

Tum:ſcilicet auſter eripuit naues. Deprehendit:id eſt corripuit. Malo recto:quia de malo nauis carbaſa pendent & ab antennis. Nautis:id eſt poteſtari nautarum.quia non habent poteſtatem gubernare naues tantas nimio impetu uenti ſublatas.

Fruſtraq; rudentibus auſis:nautæ cum conſtituiſſent forte tentare rudentibus in ſummum mali ſubducere antennaſ:ne uenire poſſet in poteſtate ſua uẽtus uela nõ ſuſtinentibus nauibus ſuis.ideo a nimio uentorum impetu cogebãtur rudentes reliquere:ac relaxare ita ut inflata uela proram nauis tranſirent: nautæ ergo ſi tentaſſent rudentibus uela in ſummũ mali trahere:uẽtus uiolabat nautas: ita ut cogerenſ relaxare rudentes:quibus relaxatis uentus ita inflabat uela:ut ſpacium nauis preterirẽt. Spacium carinæ: Quia uela inflata ultra proram tranſibant.

Vela negat:nihil aliud eſt niſi proram tranſire.

Atq; ultra proram: declarat ipſe. Sinus:id eſt uelum intumuit. Omnia ſi quis. q; ſi quis etiam ĩ ſummum mali ſubduxiſſet antennaſ:una cum uelis uentus repellebat naues:etiam ſolis armamẽtis. nã uelum & antẽna ſunt armamenta nauis. Prouidus:id eſt qui prouidiſſet antequam uentus nimius inuaderet. Linthea:uela ſubducẽs. Nudis armamentis: id eſt ſine uelo & malo & antẽnis:quæ ſunt armamenta nauiũ. Sors melior cl.tertia pars nauium fuit:quæ meliorem exitum habuit. uidelicet q̃ mari tranquiliore nauigauit. Certo mari:non in ſyrtibus:id eſt ſuſtinenti naues. Quæcunq; leuat: id eſt pars earum nauium:quæ ſunt ſublate ab undis maris cæſis tamẽ arboribus dimidia parte ſui a terra recepta eſt a media parte ſui a mari. Arboribus cæſis: Quia hoc neceſſe erat contra tempeſtatem incidere arbores:ne ueutum in malum nauis impetum faciens naues illas ſubuerteret. Leuatæ:ſcilicet ab undis maris. Effudere flatum:id eſt emiſere uẽtum.nam cum armamenta nauis uento reſiſtunt:nõ emittitur uentus:immo retinetur. Abſtulit:Sublatis armamentis:Has:alias naues. Contraria uolẽs bene dixit:quia æſtus maris erat contrarius uentis:& tantus erat uentus ut uinceret uentum. Voluẽs: inuoluens. Contraria:uentis oppoſita: quia plus æſtus ualuit quam uentus. Detruſit:ſcilicet illas naues. In:contra auſtrũ. Obnoxium:id eſt oppoſitum & has naues uenire in portum. Sed has: id ẽ earum nauium partem. Deſtituunt:ſcilicet ne nauigare poſſent. Interrupta:interciſa.eſt enim deſcriptio ſyrtium:quid eſt ſyrtis eſt terra interrupta. Obnoxia fato:oppoſita:quia pars nauis terra continebatur ps mari:iõ incertũ an terra an mari morirẽſ. Dubio fato:ĩcertæ morti. Sed.ſ.terræ. Altera pẽdet.ſ.ps puppis pẽdet ĩ undis. Tũc magis:nã qa breuius mare:iõ ẽt magis patebat uẽtis:iõ uẽtus magis in nauẽ irruebat q̃ ĩ ſyrtibꝰ dep̄nſa erat. In pactũ.ſ.ĩ nauẽ. Obuia terra:dep̄nſa cũ uẽtus ĩpellerẽt eã. Quãuis eliſus ab auſtro.q̃uis fluctus frequẽter eliderẽſ a uẽtis tamẽ nõ poterat tãtã ui hẽre:ut moueret naues

Cumulos harenæ:q ĩ medio ꝓfũdo ĩuicti erãt. Eliſus:ĩpulſus a uẽto:q̃uis ĩpellereſ ab auſtro:tamẽ ĩpellebaſ ab harenæ cumulo. Eminet: appet & extat. In tergo:ĩ ſup̄ficie maris. Procul oĩbus. quia repellebat undas. Inuiolatus aqua:qa aqua illuc peruenire non poterat:miſera ergo erat nautarum conditio.

Vt primũ remis actum mare propulit omne
Claſſis õus:dẽſis frẽuit niger hibribus auſter
In ſua regna furẽs:tẽtatum claſſibus æquor
Turbine defendit:longeq; a ſyrtibus undas
Egit:& in lato confregit littore pontum
Tum quarum recto deprendit carbaſa malo
Eripuit nautis:fruſtraq; rudentibus auſis
Vela negare noto.ſpacium uicere carinæ
Atq; ultra proram tumuit ſinus:oĩa ſi quis
Prouidus antennæ ſuffixit linthea ſummæ
Vincitur:& nudis auertitur armamentis.
Sors melior claſſi quæ fluctibus ĩcidit altis
Et certo iactata mari: quæcunq; leuate
Arboribus ceſis flatum effudere frementem
Abſtulit has liber uentis contraria uolens
Aeſtus:& obnixum uictor deſtruxit ĩ auſtũ.
Has uada deſtituũt:atq; interrupta ꝓfundo
Terra ferit puppes:dubioq; obnoxia fato
Pars ſedet una ratis:ps altera ſedet in undis
Tũc magis ĩpactũ breuius mare.terraq; ſæuit
Obuia conſurgẽs:quãuis eliſus ab auſtro
Sæpe:tamẽ cumulos fluctus nõ uĩcit harenæ
Eminet in tergo pelagi ꝓcul omnibus aruis
Inuiolatus aqua:ſicci iam pulueris agger

Stant miſeri nautæ:terræq̧ hærente carina.
Littora nulla uident:ſic partē intercipit æquor
Pars ratium maior:regimen clauūq̧ ſecuta ē
Tuta fuga:nautaſq̧ loci ſortita peritos
Torpētem tritonos adit illæſa paludem.
Hanc ut fama deus:quem toto littore pōtus
Audit:uentoſa perflantem murmura concha.
Hanc ut pallas amat:patrioq̧ uertice nata
Terrarum prima libyem:nā proxīa cœlo eſt.
Vt probat ipſe calor:tetigit ſtagniq̧ quieta
Vultus uidit aqua:poſuitq̧ in margine plātas
Et ſe dilecta tritonida dixit ab unda.
Quam iuxta lethes tacitus prælabitur ānis.
Infernis ut fama trahens obliuia uenis.
Atq̧ inſopiti quondam tutela drachonis
Heſperidū pauper ſpoliatis frondibus hortus
Inuidus annoſo qui famam derogat æuo

Stant miſeri nautæ:pergit Lucanus deſcribere quomodo per ſyrtes nauigauerūt:& tandem maior ps nauium:āmiſſis aliquot ad paludem tertona reuerteref:& ibi nocte portum relicto Gn.pōpeio cum claſſe permanſerunt.cato deinde iter in libyam ſicuti ſtatuerat:uel in Aphricam ad regem Iubam intendit:ut ſecum illo coniungeret. Stant miſeri:Quia naues partim terræ infixæ tenebantur:partim in aqua pendebant. Stant:incerti quo fato pereant. Terræq̧ hærente carina:quamuis in ſicco deſtituta eſſet nauis:littora tamen non uidebant. Sic:hoc modo pars nauium medio mari intercepta eſt. Pars ratium maior:ſcilicet īcolumis:euaſit ea præcipue quæ nautas uehebat locorum peritos. Regimen clauūq̧: id eſt regimen claui.eſt enim endiadis.nam clauus id eſt gubernaculum nauem regit. Fuga:id eſt nauigatione:nam fugā pro nauigatione poſuit. Nautas loci peritos.q ea ēt ſuperiori tempore nauigauerāt. Illæſa:integra. Hanc ut fama deus:tryton deus marinus eſt:hunc tubicenem neptuni dixerunt:& tyberio principi nunciauit in helleſpontum legatio miſſa:inuentum eſſe huiuſmodi piſcem in ſpelunca canentem concha:ſicut poetæ ēt ſcripſerunt. nunc ergo dicit hunc locum trytonem coluiſſe deum:& eundem etiam placuiſſe palladi:q cum primum nata de capite patris e cœlo deſcendiſſet ad ea loca quæ uiciniora erant puenit:& q hanc paludē dilexit de nomine eius ſe trytonam appellauit:ideo palus trytonis appellatur:q ea mirifice delectaref tryton:eandem etiam dilexit pallas:q ibi ſe frequēter lauare ſolebat. Deus:tryton. Quē toto lit. id eſt per tota littora:deſcribit trytonem neptuni tubicenem. Cōcha:id eſt tuba:nam cōcham poſuit pro tuba:ordo eſt.pallas amat hāc:& tetigit primam terram libyæ.nam pxima & cetera.hic parētheſis eſt. Primoq̧ euertice nata.ſic fingūt poetæ d uertice iouis natā eē palladē:& hēnt rōnē phyſicā: qa.ſ.pallas dea eſt ſapiētiæ.iō de cerebro iouis natā eē finxerūt.nā deos ad ſimilitudinē hūanæ ībecillitatis fingebāt:fingūt hæc qdē poetæ licet ab hiſtoria quædā trahāt:ſed addunt ludibria quædā & puerilia.q.ſ. cū caput clamaret & partū edere uellet iupiter:nec qūo hoc faceret rationē hēret.iuſſit Vulcano filio ſuo: ut ſubtiliſſimo ferro caput aperiret:ille ſecurī fabricauit adeo tenuē:ut ſine doloris ſēſu caput aperiret patri:ex quo ſtatī ē nata pallas:ſed ille hoc pacto aperuit ut qď ex illo naſceref ſibi coniungeret:ita tamē ſi ſibi placeret pallas ubi uulcanū uidit adeo deformē indignata eſt:& ſtatī aufugit:& primā tellurē petiuit libyen:eo q cœlo pxima eēt. Ipſe calor:quia libya feruentiſſima ē cæterarū regionū. Stagniq̧ qeta:& uultus ſuos ſpeculata ē i liqda & pura aqua paludis. Poſuitq̧ in margine plātas.i.calcauit ripas trytonis paludis. Et ſe dilecta:& qa una illa grata fuit paludi:iō de illius noīe ſe quoq̧ appellari uoluit. Tritonida: p tritonidē.ē n.actūs græcus.nō pcul a phileorū aris ī intimo receſſu ſyrtis maioris ē palus:quā triton amnis īterfluit:ubi ſpeculatā ſe artiū deā crediderūt:ut īquit Solinus cap.xL. Quā iuxta:læthes:& iuxta hāc paludē dicit ēt naſci flumē lætheū.q de læthea palude īferni deriuari dr. Læthes:hæc læthe thes dr aūt hoc noīe palus īferni de q̄ ſi umbræ hauſerint ſtatī oīum obliuiſcūf:ut Virgilius:& icipiāt ī corpora uelle reuerti.Circa extimū ſyrtiū cornu berenicē ciuitatē alluit lethō amnis:īferna:ut dicūt exūdatōne prūpēs:& apud priſtinos uates latice mēoratus obliuionis:ut eodē cap.docet Solinus. Trahēs obli.reſpexit ad nomē. Atq̧ īſopi.hic ēt ē hortus heſpidū.heſpides aūt filiæ athlantis fuere:cuſtodes aūt horti ditiſſimi:qa ibi arbor erat q̄ poma aurea pduceret:cuius cuſtos erat puigil ſerpēs.hercules cū ad ea loca ueniſſet ſerpētē occidit:& poma abſtulit.priuauit ergo diuitiis puellas.De hortis heſpidū:& puigili drachone:ne licētia uulnerentur:fides & ratio hæc eſt:ut refert Solinus cap.xxxvii.flexuoſo meatu æſtuarium e mari ferf ſinuoſis lateribus tortuoſum adeo:ut uiſentibus procul lapſus āgueos fracta uertigine mētiatur:itaq̧ quod hortos appellauere circundat:unde pomorum cuſtodes interpetrātes inſtruxerunt iter ad mendacium fabulandi.hæc inſula præter arbores oleaſtri ſimiles:& aram ſacram herculi:aliud nihil præfert quod propaget uetuſtatis memoriam. Tutela:draconis peruigilis. Quondam:quia poſtea occiſus eſt ab Hercule. Inuidus annoſo æuo:qui antiquitati non credit:quia occurrebat illud quo modo hanc fabulam ipſe quaſi ueram confirmet.ego inquit ſequor alios poetas:nam qui antiquitati credere noluit inuidus eſt:& inuidus eſt qui poetas uera dicere cogit:quorum propriū eſt fingi:& comminiſci.

Qui uates ad uera uocat fuit aurea ſylua:
Diuitiiſq; graues:& fuluo germine rami
Virgineuſq; chorus nitidi cuſtodia luci.
Et nūquam ſomno damnatus lumine ſerpēs.
Robora compreſſus rutilo curuata metallo
Abſtulit arboribus precium nemoriq; laborē
Alcides:paſſuſq; inops ſine pondere ramos
Rettulit argolico fulgentia poma tyranno.
His igitur depulſa locis eiectaq; claſſis
Syrtibꝰ:haud ultra garamātidas attigit ūdas
Sed duce pompeio libyes melioris in oris
Manſit:at impatiens uirtus hærere catonis.
Audet in ignotas agmen cōmittere gentes
Armorum fidens:& terra cingere ſitim.
Hæc eadē ſuadēbat hiēs:quæ clauſerat æquor:
Et ſpes hymber erat nimios metuētibuſ ignes
Vt neque ſole uiam:nec duro frigore ſæuam:
Inde polo libyes:hinc bruma tēperet annus:
Atque ingreſſurus ſteriles ſic fatur harenas.
O quibus una ſalus placuit mea ſigna ſecutis.
Indomita ceruice mori:componite mentes
Ad magnum uirtutis opus:ſūmoſq; labores
Vadimus in campos ſteriles:exuſtaq; mundi
Qua nimius titan:& raræ in fontibus undæ:
Siccaque lætiferis ſqualent ſerpentibus arua.
Durum iter ad leges:patriæ que ruētis amorē:
Per mediam libyem ueniant atq; inuita tētent
Si quibus in nullo poſitum eſt euadere ferro.

Qui uates ad uera uocat:id eſt qui poetas uera dicere cogit. Fuit aurea ſylua.i.ſyluæ arbores aurea poma ferentes hic fuere. Diuitiis:uideli cet aureis fructibus. Fuluo gramīe.i. fulgentibus pomis. Cho rusapo.cuſtodia. Virgineus.ſ.heſperides athalantis filiæ: q̄ cuſtodes huius horti fuere. Somno dā natur ſerpens:id eſt qui nunq̄ ſomnum oculis admitteret. Robora cōpre:quia circundabat truncū ar boris:ne quis aſcenderet & poma diriperet. Rutilo curuata metallo : adeo inquit grauia erant poma ut ipſam quoq; arborem incuruarent.nam aurum metallum graue eſt. Abſtulit arbor præcium: ſcili cet aurea poma. Nemoriq; laborem:quia laborat arbor ſuſtinere poma. Inopes.i.ſine pōdere. Ar golico tyranno:id eſt Euriſteo rege græciæ.nam eu riſteus inſtinctu Iunonis herculem mittebat ad om nia mundi pericula ea intentione: ut periret. His igitur depulſa locis.Cum ad hæc loca uēiſſet clauis non nauigauit ulterius:ſed ibi manſit i meliore pte libyæ prefecto Gn.Pōpeio.ipſe uero cato cum reli quo exercitu:ſicut ſtatuerat ad regem Iubā iter inté dit. Garamantidas:garamantū regio:ut inqt Stra bo li.ultimo:ultra getuliā ē:& cum illa pariter ꝑgre ditur garamantes Cornelius Balbus ſubegit:& pri mus ex hac uictoria triūphauit auctore Solino cap. xLii.garamantici autem æthiopes matrimonia pri uatim neſciūt:ſed omnibus in uenerem uulgo licet. inde eſt ꝙ filios matres cognoſcunt tantummodo: nam paterni nominis nulla eſt reuerentia:eā ꝓpter garamantici æthiopes inter omnes populos degene res habentur. Melioris libyæ:id eſt fœcundioris: nam reliqua ſicuti in ſequentibuſ beclarabitur libye arida eſt:& ſiti laborat. At impatiens uirtus : cato cuius uirtus nullam patiebatur deſidiam: quieſcere non poterat niſi tandem ad regem Iubam perueni ret. Hærere:id eſt quieſere. Terra cingere ſyrtī: id ē terreſtri itinere circuire ſyrtes: quia nauigari nō poterant. Hæc eadem ſuadebat hyems:dicit etiā huic ſententiæ ſuæ ſuffragatum fuiſſe anni tempus: uidelicet hyems:& ita ſperabat calorem regionis il lius tēperari poſſe frigore hyemis. Suadebat:ſcili cet ut in ulteriorem libyam ſe conferret. Clauſe rat:ſcilicet glacie. Et ſpes hymber erat : hymber q̄ tempore hyemis regnat ſæpe dabat aerem tempera tum fore. Ignes:ardores. Vt neq; ſole uiam: ſpe cie faciebat hymber in regione ſicca : ſed temperies inter utrūque. Duro frigore:quia hyems erat : ut calorem ſolis & anni temperaret. Inde: ex hac par te libyæ. Polo:propter polum :id eſt propter regi onem:quia auſtralis regio feruet: ideo temperet.

Hinc:ex alia parte. Temperet:ſcilicet uiā. Bru ma:id eſt cum bruma:quia hyems erat. Sole:quē frigus tēpabat. Sic fat.& rē ſicut erat patefecit militibus ſuis: neq; eos decipere uolebat & dixit. O q bus una ſalus:o milites inquit qui mea caſtra ſequi uoluiſtis:animum ad curam confirmate: & ſūmos la bores ſuſcipite.ac ſi dicat non uos ad uoluptatem inuito:ſed ad labores. Vna ſola ſalus ſupereſt: nam ī caſtris ſpes una ſupeſt.ſ.libertatis:& declarat.indomita ceruice mori.ſ.in libertate mori. Cōponite mē tes:id eſt idoneas reddite ad opus uirtutis. Vadimus ī cāpos ſteriles:cato.n.neq; quēq̄ decipere ſe uelle profeſſus eſt:ſed plane illos ad labores & pericula inuitare:ut intelligerēt p ardua oīa atq; difficilia q̄redā eſſe libtatē. Steriles cāpos.ſ.libya q̄ laborat penuria aquaꝝ. Exuſta.i.in ptes aridas mundi. Qua.i. ea pte qua. Raræ undæ:nā ps libyæ ē q̄ pēuria laborat aqꝝ. Serpētibus:nā ibi ſerpētes acriores ac ſæui oreſ fiūt calore ſolis. Sq̄lēt:ſterilia ſūt. Duꝝ iter ad leg.nec miꝝ cuiq; uideri debet ſi parati ſumus hos ſubire labores:ali terenim leges & patriæ libertas ſeruari nō pōt. Inuia:auia.i.p q̄nunq̄ antea fortaſſe quiſquā iuerit uel pauci admodum. Euadere uoto:id eſt qui nulla uōta faciunt euadendi:& declarat.

Si quibus ſat eſt: Veniant mecum illi quibus ſufficit ire & non redire: hoc eſt qui nullam redeundi cũram faciunt. Fallere: mea ratio ẽ ut nolim pericula cuicunq̃ occultare: ut poſtea ſe deceptos conquerãtur. Vulgus: id eſt multitudinem. Tecto metu: occulto periculo. Hi mihi ſint comites: ueniãt mecum illi qui hoc ipſo me ſequentur q̃ i manifeſtũ periculum prodeant hoc ipſo ueniant q̃ periculoſum eſt iter. Vel: ꝑ etiam. Me teſte: me iudice. Triſtiſſima: Laborioſiſſima. A q ſponſore ſalutis: ſed ſi quis ẽ: cui uita ſit charior libertate: hic me deſtituto ſe ad Cæſarem conferat uia commodiore. Sponſore ſalutiſ: uidelicet qui ſibi ſalutem promitti uult.

Si quibus ire ſat eſt: neq̃.n. mihi fallere quẽq̃
Eſt animus: tectoq̃ metu producere uulgus.
Hi mihi ſũt comites quos ipſa pericula ducẽt.
Qui me teſte pati: uel quæ triſtiſſima pulcrũ
Romanumq̃ putant: at q ſponſore ſalutis
Miles eget capiturq̃ aïæ dulcedine uadat
Ad dominũ meliore uia: dũ primus harenas
Ingrediar: primuſq̃ gradus i puluere ponam.
Me calor æthereus feriat: mihi plena ueneno
Occurrat ſerpens: fatoq̃ pericula ueſtra
Prætentante meo: ſitiat quicunque bibentem
Viderit: aut umbras nemorꝝ q̃cũq̃ petentem
Aeſtuet: aut equitẽ peditũ præcedere turmas
Deficiat: ſi quo fuerit diſcrimine notum.
Dux an miles eam: ſerpens ſitis ardor harenæ
Dulcia uirtuti gaudet patientia diris
Lætus ẽ quotiẽs magno ſibi conſtat honeſtũ.
Sola poteſt libyæ turba præſtare malorum:
Vt deceat fugiſſe uiros: ſic ille calentes
Intendit uirtute animos: & amore laborum
Irreducemq̃ uiam deſerto limite carpit.
Et paruo ſactum nomen clauſura ſepulchro.
Inuaſit libyæ ſecuri fata catonis
Tertia pars libyæ eſt rerum: ſi credere famæ

Animæ dulcedĩe.i. cui nimiũ uita chara eſt. Meliore: hoc eſt tutiore uia. Arenas.i. arida loca: id eſt ſi uiderint me paratũ ſubire labores: & extrema omnia nec ipſi qdẽ recuſare debebũt. Primus ponã.i. incipiã. Calor æthereus: qa torrẽti zonæ libyes illa ps ꝓpinqua ẽ: ideo calore ferit. Fatoq̃ pericula: ego tanq̃ ꝑguſtator malorũ omniũ ero: queadmõm ꝑguſtatores ſolent libare ũinũ: ut poſtea domini & reges ſecurius iubeãt. Sciat qcũq̃ bibẽrẽ uiderit: nõ recuſo quo minuſ ille ſiti pati digneť q uiderit me bibere. Aut umbras: & ſi qs uiderit me umbra arborum releuare calorem: ille ẽt calorẽ nõ debebit pati.

Aeſtuet.i. nimio æſtu laboret. Aut eqtẽ.& ſi qs uiderit me equo uehi: ille pedes ire recuſet. Deficiat.ſ. a labore itineris. Si quo fiũt diſcrimĩe.& ille deficiat ab itinere ſi ego ulla in re uidear meliorẽ q̃ militis conditionem hẽre: nam talis uobiſcũ ero: ut me nemo dignoſcere poſſit: miles ſim an dux. Serpẽs ſitis: hæc oïa quæ deſcribit ad pericula & labores eẽ uidentur: ſed dulcia ſunt his q ueram uirtutẽ ſuſcipere poſſũt. Gaudet patiẽtia: nec.n. patientia cognoſci põt uiri fortis: niſi dura ſuſtineat. Lætus ẽ: Qui res honeſtas aggreditur cũ labore: hic etiam maiore lætitia gloriã cõparat. Honeſtũ.i. honeſtas: hoc eſt unicuique honeſtas magis grata ẽ. Magno ſibi conſtat.i. maxima mercede & labore tẽdit ad honeſtũ.

Turbam: id eſt multitudinem malorum: nulla regio eſt quæ poſſit facere: ut uiri fortes gaudeant ſe fugiſſe ſeruitutẽ niſi libyæ: per quam ſine maximis laboribuſ ire nõ poſſumuſ ad libertatẽ: aliter ſi fugerẽt ſine malis: ſine laboribus: ſine periculis uiderẽtur eſſe ignaui inertes ac deſides. Sic ille: pauẽtes: his uerbis cato inflãmauit milites: ut oẽs labores libẽter ſib ire ſtatuerent: hoc enim fieri ſolet ut cum princeps ſe periculis expoſuerit: alii deinde nullum periculum exiſtiment. Irreducemq̃ uiam: Quia nũquam inde redibit: nam ſibiipſi mortem in utica conſciuit. Et libyæ: nam in libya eſt utica: ubi ſibi mortẽ cõſciuit Cato & ibi ſepultus eſt. Fata: mortem. Securi: ſcilicet mortis. Tertia pars: Deſcribit nunc Libyam oſtendẽs ſecũdum quoſdam eſſe tertiam partem orbis terrarum ſecundum alios partẽ eſſe Europæ: ſed ut intelligi poſſit hæc deſcriptio: quanquam melius oſtendi quam uerbis exponi poſſet: tamẽ de ea breuiter dicemus: omnis terra ambitur oceano: & ea quattuor maria recipit unum a ſeptentrione a meridie duo: quartum ab occidente: uniuerſus orbis terrarum in tres partes diuiditur: & Tanais quidem a ſeptentrione in meridiem uergens prope meotida defluit. At uero nilus e diuerſo defluit in pelagus: qui quidem terrarum motu antefertur ad ea flumina. Ab altero latere uidelicet ad nilum Aphricam: ab altero uidelicet ad tanaim europam uocant. ultra uero quicquid eſt Aſia eſt: ex quo intelligi poteſt Aſiã maiorem eſſe aphrica & Europa. nam aphrica quidem terminata eſt ab uniuerſo nilo a reliquis tribus partibus a pelago: & breuior eſt q̃ europa: nam europa quidem terminos habet ab oriente tanaim: meotida: & pontum: a meridie reliqua noſtri maris: ab occidẽte athlanticũ: a ſeptẽtrione britãnicũ: ſed aſia multo maior ẽ. Nã aſiã qdẽ attingit oceãus: ita noïbus: ſicut locis differẽs. nã ab oriẽte mare eoũ dr̃: a meridie ĩdicũ: a ſeptẽtrione ſcythicũ. ipſa uero ingẽti & ꝑpetua frõte in meridiẽ uergẽs: tãtũ ibi diffũdiť: quantum aphrica & europa: & mare qđ inter ambas diuiſũ ẽ. ita deſcribiť uniuerſus orbis terrarũ. Famæ: Sic.n. fama ẽ.

Cuncta uelis:at ſi uentos cœlumq̨ ſequaris
Par erit europæ:neque enim plus littora nili
Q uā ſcythicus tanais primis a gadibꝫ abſť
Vnde europa fugit libyem:& littora flexu
Oceano fecere locum:ſed maior in unam
Orbis abit aſiam:nam cum cōmuniter iſte
Effundat zephyrum boreæ latus ille ſiniſtrū
Contingens:dextrumq̨ noti deſcendit i orbē
Eurum ſola tenens:libyæq̨ fertile terræ eſt
Vergit in occaſus:ſed & hoc nō fōtibus ullis
Soluitur.arctoos raris aquilonibus hymbres
Accipit:& noſtris reficit ſua rura ſerenis.
In nullas uiciatur opes:nō ære nec auro
Excoquitur:nullo glebarum crimine pura
Et penitus terra eſt:tantum mauruſia genti

Cœlum:ſed quomō dicat cœlū & uentos in ſequentibus aperiemus. Nec.n.plus.l.longitudine q̄dē par eſt latitudine uero inæqualis.ſic ergo littoribus nili aphrica terminatur:littoribus tanais Europa cō tinetur. Vtraq̨ uero a gadibus incipit.Vnde ēt ſeperanť Oceano dirimēte per medias gades:ſunt aūt duo montes:hunc quidē abilycē uocant.illum uero carpen:& fama ē herculem cōiun cto ꝑpetuo iugo colles diremiſſe:& oceanū antea excluſum i ea quæ uicina erant loca indiæ admiſſum ē diſcuſſa mole montiū: hinc hyemare hēt difficillimū ſiue ſummotas uaſtius terras icludit.nunc ē quod ait ſūmotis e gadibus.i. a prima pte gadiū. Vnde europa fu.oſtēdit aphricam parem eē europæ:uerbi cā ab occidēte p gades diuidit oceanū:& utrāq̨ diuidit.ſ.aphricā & europā uſq̨ ad nilū:a meridie ad tanaim ab occidente ſed nilus a gadibus:tanais a gadibus: unde icipit Aphrica & europa tantū differt:ut alterū ab altero non ſit lōgius a gadibus:quod.ſ.mare oceanū p gades igreſſū uſq̨ ad nilum terminat aphricā & uſq̨ ad tanaim terminat europā:qui amnes pari ſpacio diſtant a gadibus: ſequitur ergo aphricā & europā pares eē longitudine:ſed latitudine inæquales:quia latior eſt europa quam aphrica:ideo nōnulli hanc rationem ſecuti dixerunt:non eā tertiā partē orbis eē:alia rō q̄re uideť breuior aphrica q̄ europa propterea q̨ i aphrica plus terræ ardore ſolis:q̄ i europa frigoris rigore dep̄hendiť:maior pars aphricæ ihītabilis eſt propť ſolis ardorē q̄ europæ pp frigoris rigorē: hæc ab illa melior uideť eſſe Ro.hoc quod ait. Vnde: a q̄bus gadibus. Oceano fecere locū.ſ.diſcuſſa mole mōtium ab hercule. Abit:diſceſſit:nā cū coiter iſte redit ad quod dixit:ſi cœlū uētoſq̨ ſequeris diuiſus ē uentus uniuerſus i quattuor uentos cardiales:uidelicet in eurum ab oriente:zephirū ab occidente: in auſtrum a meridie : & in boreā a ſeptētrione:ſed hi uenti habent alios collaterales. Eurus:orientalis uētus habet collaterales:hinc circiū:inde ſubſolanū:at uero zephyrus occidentalis collaterales hēt: hinc corū:inde fauonium:Auſter meridionalis habet collaterales aphricum & notum:boreas ſeptētrionalis collaterales hēt uulturnum & aqulionem:nunc ergo oſtendit quomodo ſeparatæ ſint hæ partes orbis terrarū meridionales & ſeptentrionales uentos cōes eſſe dicit aphricæ & europæ:aſia partim tangit meridiōalem uentū:partim ſeptētrionalem:ſed ſola ipſa habet eurum uentum orientalem:ex quo facile comprehendi poteſt quomodo ipſa duplo maior ſit Aphrica & europa. Iſta:ſcilicet aphrica & europa. Cōmuniter effundat:quia attingunt zephyrum uentum occidentalem:cui collaterales ſunt corus & fauonius.

Illa.ſ.aſia Boreæ:a ſeptētrione. Noti:meridionalis. Eurum orientalē uentum. Sola tenens:quia nec aphrica nec europa euri participes ſunt. Boreæ ſiniſtrum latus.ſ.ſeptentrionem:quia dextera pars orbis terrarum appellatur meridies:ſiniſtra uero ſeptētrio. Libyæ q̨ fer.ter.ē:poſtq̄ breuiter deſcriptionē tetigit triū partiū orbis terrarū:nūc de ipſa aphrica loquiť dicit aūt partē illā q̄ eſt ſub feruēti zona ihītabilē eſſe meridiē uerſus:ſed q̄ in occidētē uergit eſſe habitabilē:& eā nō oīo ſterilē:imo ea producere q̄bus ſuſtentari poſſūt incolumes:tamē ea quoq̨ ps penuria aquæ laborat. Quod fertile:ꝑ ea terra libyæ q̄ ē fertilis:ut id boni.i.id bonū:uel ſi uolueris:ut pfecta ſit ſententia dices:oē id libyæ terræ qď eſt fertile uergit in occaſum. Nō fontibus ullis:q̄uis ſit fertilis:tamē & ipſa aquæ penuria laborat. Arctoos raris:& quia ſequebatur illud quomodo fertilis ſi caret aquis:dicit ab aquilone ſeptentrionali nubes impelli uſq̨ in polum antarcticum:& ibi pluuias emittere. Arctoos:ſeptentrionales hymbres. Raris: qa non frequentes illic pluuiæ ſunt. Noſtris reficit:quia quando hic ſerenum eſt : ibi nebuloſum cœlum eſt:& pluuias emittit:quæ fœcundiorem illam regionem efficiūt. Reficit:recreat. In nullas uiciatur opes:id eſt nullum genus æris in Aphrica inuenitur declarat ipſe. Non ære nec auro:nam uena quæ genus æris aliquid producit terram non habet:quia ecocta tunc liqueſcit:uel aurum uel argentum:uel aliud eiuſmodi metallum. Pura:quia nullo glebarum crimine:crimen glebarum appellat aurum & argētum & bene:nam multorum criminum cauſa eſt aurum & argentum propterea Virgilius dixit. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames. Sed penitus terra eſt:declarat quod dixit pura glebarum crimine:id eſt omnino terra eſt ſine cuiuſquam metalli admixtione. Tantum:pro tantummodo.

Mauruſia;in mauritania arbores naſcuntur quæ ſunt gentibus illis pro diuitiis. Genti.ſ.regiōis illius.

Nõ nouerat uſũ:& diu arbores illas habuere aphri ſine utilitate:quia.ſ.nõ nouerãt in quos uſus ualerent.ſed romani inquit curioſiores fuerunt q̃ huiuſmodi arborũ utilitatem nouere. Mauritania ferax ẽ parte tamen excepta q̃ deſerta eſt & fluminibus & lacubus abundat:arbores ꝑfecto teſte Strabõe & multas & magnas hẽt & oĩa fert:atqui & ea mẽſas ex uno integroq̨ ligno ac uarias romanis ſuppeditat.In occidentalibus clarioribuſq̨ libyæ partibus ut idẽ refert habitant:q a græcis mauruſii uocant̃:libycum genus & opulẽtum eos romani & idigenæ mauros uocãt:& iberiæ ſũt oppoſiti. Vſũ:utilitatẽ.

Robora diuitiæ:quarum nõ nouerat uſum
Sed citri contenta comis uiuebat in umbris
In nemus ignotum noſtræ uenere ſecures
Extremoq̨ epulas menſaſq̨ petiuimus orbe.
Aut quæcũq̨ uagã ſyrtim cõplectitur ora
Sub nimio proiecta die uicina peruſti
Aetheris exurit meſſes & puluere bacchum
Enecat:& nulla putris radice tenetur.
Temperies uitalis abeſt:& nulla ſub illa
Cura iouis terra eſt:natura deſide torp&
Orbis:& ĩmotis annũ non ſentit harenis
Hoc tã ſegne ſolũ:raras tamen exerit herbas
Quas naſamõ gens dura legit:q ꝓxia põto
Nudus rura tenet:quẽ mũdi barbara damuſ
Syrtis alit:nam littoreis populator harenis
Imminet.& nulla portus tangente carina
Nouit opes:ſic cum toto comertia mundo.
Naufragiis naſamones habẽt:hac ire catonẽ

Citri cõ.Satis hũerunt aphri:ut umbra citri quæ arbor ẽ ꝓcioſiſſima ſe a calore ſolis defenderẽt. Comis.u.in umbris. Vnũ ſequitur ex reliquo:nã comæ ſunt frondes arborum & frõdibus umbrã reddit.ergo comiſ & umbris.i.umbra q̃ efficit̃ frondibus arboꝝ. In nemus ignotũ.ſ.aphris qd arbores ſue ualerent:ſed notũ romanis. Noſtræ ſecures:romanæ. Extremoq̨ epulas:quid ex arboribus ꝑcipiemus nos romani tragemata epularum & menſas ẽt precioſas.nam ex fructu citri tragẽata fecimus tragẽata ſũt genera cibi ſuauiora q̃ e diuerſis rebus conficiũt̃. Extrẽo orbe: id eſt a polo antarctico:q eſt in extrema ꝑte meridiei aphri nõ nouerũt huiuſmõi epulas citri:nec ex arboribus mẽſas precioſas fieri. At quæcũq̨ uagã:hæc quidẽ fœcunda ẽ:& mirabilis:at uero pars alia aphricæ:quæ magis uergit in polum arcticum & ꝓpinquior eſt feruẽti zonæ nimio ſolis ardore hĩtari nõ põt nec ibi quic̃q̃ naſcit̃ qđ ad uſus hoĩum neceſſarium fit. Ora:regio aphricæ. Cõplectit̃:circuit. Portenta:porrecta. Sub nimio die: ſub nimio ſole.ẽ.n. methonomia:diem ꝓ ſole poſuit:id quod fit :ꝓ eo qđ facit. Vicina puſti æthe.i.uicina torridæ zõæ.
Puluere.ſ.calore a precedẽte quod ſequitur:ex nimio calore in puluerẽ terra reſoluit̃ & ſterilis efficit̃.
Enecat.ſ.feruore ſolis. Nulla radice: quia radices altius porrigi nõ poſſunt ergo. Tẽperies uitalis: id ẽ q̃ uitã dat plãtis & arboribus:nã triplex ẽ uita.ſ. uegetatiua : ſenſibilis:& rationalis. Abeſt:ab ea regione:nã niſi temperatus eſſet aer inter calorem & frigus:nihil uiuere poſſet. Nulla cura iouis:quaſi dicat nulla aeris temperies terram illam fertilem reddit & iouem ꝓ cœlo poſuit.uel quaſi deſtituta ſit a deo:& cum alterius orbis terrarum curam habeat deus: hanc quaſi deſeruiſſe uideatur. Sub illa.i.i illa terra:nam ſub pro in ponitur. Virgilius: Nãq̨ ſub ingẽti luſtrat dum ſingula templo. Nam deſide : declarat quod dixit nullam curam iouis eſſe in illa terra.
Deſide:id eſt incerti:quia natura illius orbis inutilis eſt. Immotis ha.id eſt inaratis nõ ſubactis:quia non arantur:ille operam perdit:qui arenoſum littus arauerit. Annum:id eſt utilitatem anni:& meſſes non ſentit. Hoc tã ſegne ſolũ:& quãq̃ hæc terra nimio ſolis ardore ſterilis ſit:ut nec meſſes:nec uites ꝓducat:naſcuntur tamen inquit herbæ raræ quibus ueſcuntur. Naſamones:qui & garamantes appellantur:ſunt enim populi ſub feruentiori plaga Aphricæ habitantes:uerum Strabo lib.ultimo dicit naſamones primos:poſtea Pſyllos & getulorum partem & garamantes Libyæ ſterilem & aridam regionem obtinere. Segne:iners:inutile. Exerit:id ẽ raperit. Gens dura.ſ.uictu:nã quando uictu duriore utũt̃ tanto ẽt ipſi duriores & patientiores redduntur. Proxima ponto:uidelicet oceão:nã eo uſq̨ hæc regio ꝓducit̃:quoad gentibus procedere licet.nam ulterius inuentus eſt nemo:qui progrederetur.mari enim oceano terra circundatur. Nudus:nimio calore ſolis ueſtibus non utitur. Quem mundi barbara: quia occurrebat illud:quomodo uiuere poſſunt:ſi ibi nihil naſcitur uel parum : quia raras herbas colligũt: dicit illos uiuere naufragio:ideo q̨ ibi ſyrtes ſunt:& plerunq̨ uentis impulſæ naues ſyrtibus hærent & ibi deſtitutæ cum omnibus earum mercibus a naſomanibus diripiuntur : & hoc genere uitæ ſuſtentant̃. Imminet:inſtat. Littoreis harenis:qbus littora plena ſunt. Portus:ſi portus nõ hẽnt qũo illuc merces uehi poſſunt dicam. Sic cum toto c.quia naufragia ſunt eis pro mercibus: naufragæ enim naues:cum in ſyrtibus deprehenſæ tenentur copiam mercium nauſamonibus faciunt. Sic:hoc modo. Toto comercia mundo:id eſt ex omni regione orbis terrarum naues illuc inuitæ compelluntur.
Hac ire catonem:nunc quaſi cauſam affert:cur libyes hãc ꝑtẽ deſcripſerit : ut.ſ.oſtenderet magnam catonis uirtutem:qui certum prope ꝑiculũ petebat:ut ſi q̃ ratione poſſet libertatẽ ꝓpe ãmiſſã recuparet.

Dura iubet uirtus:illic ſecura iuuentus
Ventorum:nullaſq; timens tellure procellas
Aequoreos eſt paſſa metus:nã littore ſicco:
Quam pelago ſyrtis uiolentius accipit auſtrũ
Et terræ magis ille nocens:nõ montibus ortũ
Auerſis frangit libyæ:ſcopuliſq; repulſum
Diſſipat:& liquidas ſe turbine ſoluit in auras.
Nec ruit in ſyluas:annoſaq; robora torquens
Laſſatur:pat& omne ſolũ:liberque meatu
Aeoliam rabiem totis exercet harenis.
Et non hymbriferam contorto puluere nubẽ.
In flexum uiolentus agit pars plurima terræ
Tollitur:& nunquam reſoluto uertice pẽd&
Regna uid&:pauper naſamon errantia uẽto:
Diſcuſſaſq; domos:uolitãtque a culmĩe raptæ
Detecto garamante caſæ non altius ignis
Rapta uehit quãtũque lic& conſurgere fũmo
Et uiolare diem tantum ten& aera puluis.
Tunc quoque romanũ ſolito uiolentior agmẽ
Aggreditur:nulluſque põt conſiſtere miles
Inſtabilis:raptis etiam quas calcat harenis

Dura uirtus:fortis patiens:nã uirtutẽ ꝓ fortitudine hic poſuit ſicut deſcribiť ꝓ fortitudine.uirtus eſt malorum & piculorũ oĩum dura ac fortis pacientia:cũ ergo dicimus uirtutẽ ẽẽ malorũ & piculorũq; omniũ durã ac fortem patientiam deſcribimus ꝓ ut eſt pars fortitudinis:non prout eſt uirtus: qa ps ẽhoneſti:nam non omnes deſcriptiones conſtant ex genere & differentiis:ſed ſunt multa genera aliæ deſcriptiones:aliæ diffinitiones ſub effectu:aliæ a cauſa ab effectu ꝙ efficiunt a cauſa per quam aliquid efficitur:aliud eſt diffinire:aliud eſt deſcribere:non ergo cum dicimus uirtus eſt periculorum & malorum omnium fortis & perſeuerans patientia:non eſt diffinitio: ſed deſcriptio ab effectu & perſeueratur. Illic: ſcilicet ĩter garamantes populos uel naſamones diuerſis nominibus appellantur:ſed idem eſt. Secura:ſine cura:de iuuentute Catonis loquitur. Illic:uidelicet ĩ ea regione ubi ſyrtes ſunt:quas terræſtri itinere ambiendo tranſire conſtituit Cato. Secura iuuentus ſcilicet romana:ſicut ipſi putabant: non ſicut re uera fuit:quia ibi nullos uentos futuros exiſtimabant.

Procellas:nam procella uix uentorum dicitur: ꝙ omnia percellat:id eſt percutiat:quia uidelicet ſolet maria uexare. Aequoreos eſt paſſa:quia non aliter uexata eſt itinere terræſtri:q̃ nauigatione naues concuti ſolent. Nã littore ſic:uere inquã metus æquoreos ẽ paſſa iuuentus.ibi.n.non minus ſæuire & craſſari ſolet uentus:q̃ ſolet in mari. Sicco.ſ.ſyrtium.

Violentius.i.magis uiolenter q̃ in pelago. Ille:auſter meridionalis uentus. Non mõtibus illũ:& reddit rationem qr̃ uæhementer ſæuiat in ea regiõe auſter:neq;.n.inquit montes ſibi ſunt qui uim & impetum auſtri impediant:ob cauſam in aliis regionibus non tantope ſæuiunt uenti:ꝙ uidelicet obiectos mõtes habent:quibus & uis & impetus impediať. Scopuliſq; repulſum:nec ibi ſcopuli ſunt: ſicut ĩ medio mari quibus uento reſiſtitur & ſemper intelligitur a ſupiori nõ ſoluit ſe turbine in: turbo proprie ẽ uis uentorũ ſuo ĩpetu nõ ſoluiť ĩ liqdas auras. Liqdaſ: dixit.i.puras:qa ibi calor nimius ẽ:ita ut uentus aſcẽdere nõ poſſit:qa ima tenet uẽtus:iõ magis in illa terra ſæuit & ĩpetũ ſuũ exercet. In auras: qa nõ tẽdit altius. Turbine:ĩpetu ſuo. In ſyluas:quia ibi nullæ ſũt arbores. Torquẽs:uoluẽs. Laſſať:fatigať:ut impetu ſuo deſiſtat. Pater:aptũ eſt oẽ ſolũ regionis illius. Liberq; meatu.i.auſter iter liberũ hẽt nullo obice ĩpeditũ. Eoliam rabiẽ:dixit furorẽ Eoli:nã reſpexit ad fabulã ꝙ Eolus rex uẽtoꝝ dicať & mõtibus eos coherceat. Virgilius:Eoliã uenit hic uaſto rex Eolus ãtro:& cetera.ergo dixit rabiẽ uẽtoꝝ:quia ab eolo rege de ãtro mõtis:qĩ e carcere emittũť. Et nõ hym.ſed hic uẽtus nõ cogit aerẽ dẽſ orẽ factũ in nubes:ſed tãtũmõ ĩtorquet puluerẽ & ĩ medio aere retinet:neq;.n. ipſa ĩ aerẽ ſicut nubes reſoluiť Inflexũ:incircuitũ quia puluerẽ cõtorquet:nõ uero nubẽ ex q̃ hymbres cadãt. Pars pluri.i.magna. Tolliť: ſubleuať. Pendet.ſ.illa ps terræ quia nõ reſoluiť ſicut nubes ĩ aerẽ.nubes.n.p aerẽ reſoluũtur. Regna uidet:nũc dicit uiolẽtiã ipſius auſtri:nõ mõ puluerẽ ſublimẽ tolli:uerũ ẽt tecta domorũ rapi:quinẽt ſaxa uolitare p aera. Regna:q̃ ipſi naſomõi loco regnorũ ſũt:nã ruſticus regna ſua agellũ appellat. Virgilius: poſt aliquot mea regna uidẽs mirabor ariſtas:regna appellauit noualia & agrũ bene cultũ:ita nunc dicit.

Regna.i.domũ & humiles caſas:declarat. Diſcuſſaſq; do.ſ.ĩpetu uẽtoꝝ. Detecto:apto nudato. Garamãte:idẽ ſũt qui & naſamões.ſ.mauritãiæ populi:tamẽ auctore Strabõe li.ultio. Naſomões primi poſtea Pſylli & getuloꝝ ps & garamãtes ſterilẽ & aridã regionẽ obtinẽt libyæ. Nõ alti.ig.dicit ignẽ nõ altius trahere ſecum quod rapuerit q̃ uẽtus tollitur:quin & fumũ non ſublimius aſcendere: q̃ ea quæ uẽtus rapuerit. Conſurgere fumo:quia tantũ aeris continet puluis ſublatus uẽto:q̃tũ fumus:q magna emittitur flãma tenere conſueuit. Violare.obtenebrare diem. Tunc quoque Ro:ſolito ſemper ibi uim maximam exercet uentus:ſed quo tempore per ea loca romani ibant multo etiam uæhementius ſæuiebat. Quoq;.ſimiliter. Violentior:uæhementior. Solito:q̃ conſueuerat. Nulluſque põt:ex oi exercitu catonis nemo erat qui ſtare poſſet:nam uentorum impulſu euertebatur. Raptiſque ẽt:qũo ſtabilis per mare poterat:ſi ẽt arena quã pedibus calcabat a uento ſubtrahebatur. Raptis: ſubtractis a uẽto.

Concu.ter.or.tantus hic inquit impetus uenti:ꝙ ſi ſolum illud durius eſt & non reſolueretur harena uentus rimis ingreſſus in uiſcera terræ:dum erumpere quæreret terræmotum faceret:ſed hoc adiuuata quia ſicut facile per rimas ingreditur:ita facile per reſolubiles harenas exit.ideo terræmotum nullum facit:& ita latenter terræmotus cauſam innuit ſcd̄m phõs: nã alii dixerũt oceanũ cauſam eſſe terræmotus cum uehementius terrã ĩpulit & concutit:ut a centro ſuo diſcedat.alii per uiſcera terræ ingredi uentum deinde cum exire uoluerit:nec uiam inuenerit qua poſſit erumpere:terram cõcutit & terræmotus efficitur. Cõcuteret:cõmoueret. Orbẽ:rotunditatẽ.

Concuteret terras orbemꝗ a ſede mouer&:
Si ſolida libyæ compage & pondere duro
Clauder& exeſis auſtrum ſcopuloſa cauernis.
Sed quia mobilius facilis turbatur harenis
Nunquam luſtando ſtabilis manet:iãꝗ tellus
Stat quia ſumma fugit galeas & ſcuta uiroꝝ:
Pilaque contorſit uiolento ſpiritus actu:
Intectuſꝗ tulit magni per inania cœli.
Illud in externa forſitan longeꝗ remota
Prodigium tellure fuit:delapſaꝗ cœlo
Arma timent gentes:hominũꝗ erepta lacertiſ
A ſuperis demiſſa putant:ſic illa profecto
Sacrifico cecidere numæ:quæ lecta iuuentus
Patricia ceruice mouet:ſpoliauerat auſter:
Aut boreas populos ancilia noſtra ferentes
Sic orbem torquente noto:romana iuuentus
Procubuit metuitꝗ rapi conſtrinxit amictus
Inſeruitꝗ manus terræ.nec pondere ſolo.
Sed nixu iacuit:uix ſic immobilis auſtro.

A ſede:a centro:nam centrũ eſt ſedes terræ. Solida cõpage:firma iunctura .& pondere duro.ſ.ꝗ ſolũ illius regionis durũ eſſet & continens. Scopu.ſcopulis plena ſi eſſet:ſed non ẽ. Cauer.exe.i.corroſis & cauis antris. Sed quia mobilius: ſed quia facile reſoluiť utpote arenoſa:ideo uento cõmoueri nõ poteſt:hæc cauſa ẽ cur terra nũꝗ moueatur. Nuſꝗ luctãdo:in nulla parte reſiſtendo uentiſ:quia reſolubilis eſt. Ima.i.profundior tellus. Stat.i.ſtabilis permanet qa ſuperficies reſolubilis ẽ ĩpellente uento. Galeas & ſcuta.& tantus fuit turbo. ut ſæpe e mãibus militum pila extorqueret: & ſcuta & galeas adimeret:& ea per aerem uolitantia ferret. Spiritus:illius uenti. Pila:ꝗ proprie tela romana ſunt. Contorſit: conuoluit extorquendo de manibus militum. Actu:impulſu.Intentus uæhemens:ſicut intentum calorem uæhemẽtem dicimus. Tulit.ſ.ſcuta pila & galeas. Per inãia:per uacuum magni cœli:loquitur ſecundum epicureos: quoꝝ d̄mocritus princeps fuit:qui dicebant ex athomis omnia fieri & athomos per inane cœli uolare:& ſemp proportionem accipere in quancũꝗ formam cecidiſſẽt eam uel ſpẽm hoĩs uel animalis:uel alterius reiꝰ formare.ſed philoſophi oẽs qui bene ſenſerunt:& præcipue Ariſtotiles:nihil uacuum eſſe uolunt actu ſed potentia uacuum ẽ:quia omne quicquid eſt plenũ ẽ uerbi gr̃a.aqua potentia cœli quamuis omnia plena ſint:aer tamen hic eſt ut cedat corpori craſſiori & duriori:quẽadmodũ in athomis nihil ẽ uacuũ actu: ſic aqua actu plena eſt:ſed potentia uacua eſt duriore corpore:ut uidemus natãtibus piſcibus. Illud i ext. fortaſſe inqt eo tempore cum uentus ſæuit:& pila e manibuſ romanoꝝ abſtulit & galeas & in alias regiones per aerem ferebat:cũ in terras caderent quaſi de cœlo lapſa eẽ exiſtimauerũt & ꝓdigii loco habuerũt quod romæ tempore Numæ contigit:cum de cœlo ſcutũ ancile cecidit:augures dixerũt ubi ſcutum illud ſeruaretur:ibi caput orbis fore:hinc eſt ꝙ Numa.xii.ancilia ad ſimilitudinem illius fieri iuſſit: ne agnoſci poſſet illud diuinũ: & mãurius faber iter cæteros gloriã obtinuit:ꝙ ſimiliora illi ancilia fabricaſſet: & cũ ſibi oprio dareť: ut p̃miũ qđ uellet artis ſuæ poſceret:petiit ut ex patriciis.xii.ſalii p urbẽ cũ tripudiis ãcilia ferẽtes:canerẽt ueterẽ Mãurii mẽoriã:qđ ſeruabať uſꝗ ad t̄pus Lucãi. Arma.ſ.galeæ Gẽtes:regiõis illius ꝗ ignorãt unde tela uenerĩt & arma. Hoĩum erepta:& cũ uẽtus arma e lacertis abſtulit putãt ipſi cœlitus eẽ d̄miſſa. Sacrifico numæ.i.ꝗ ſacrificia populi romãi iſtituit: ſicut ẽ apđ Liuiũ:ꝗ legibus urbẽ uoluit formare & religiõe põtifices legũ creauit:flamĩnes diales & alios ſacerdotes põtificẽ docuit oẽm cultũ diuinũ: ut ex eo cæteri diſcerẽt: quæ unicuique Deo ſacra facienda eſſent ex quo tẽpore. Lecta: pro electa. Mouer: concutit. Patricia ceruice: quia de patriciis eligebantur iuuenes ſacerdotes quos ſalios appellabãt a ſaltando. Spoliauerat auſter:ſed nihil aliud fuit: niſi ꝙ uentus ea depulerit ĩ regionas noſtras:& Numa e cœlo lapſa credidit. Noſtra:ideſt quæ poſtea noſtra fuerunt. Sic orbẽ torquente noto:milites romani cum tanto undique impetu uentorum affligerentur:ſe humi proſternebãt metuentes ne ſublimius tollerentur in aerẽ.ueſtes etiam accingebãt:ne ſi uentus uẽtillaret eas: facilius põdera corporis tolleret.præterea manibus quocunque modo poſſent terram carpebant :ne a uentis ſublati auferentur. Procubuit:ſcilicet humi. Torquẽte orbem:uoluente mundum. Conſtrinxit. ſcilicet corpori. Amictus:ueſtem. Inſeruitque manus terræ:quia terram manibus comprehendebat. Nec põdere ſolo:Nec ſatis habuit pondere corporis:ſe defendere ne a uentis auferretur:niſi etiam manibus niteretur. Sic:hoc mõ. Immobilis auſtro:uidelicet cũ non niſi põdere corporis uix ſtabilis poterat p̄maneř

Qui ſup ingentes:q̃ auſter cum iacerent & piculũ unũ uitaſſent:ne uidelicet tollerent̃ a uentis:aliud nõ uitarunt:ne cumulum harenæ quaſi aggerem ſuper iponeret corpori: & ne ſepeliret eos. Super uiros:id eſt corpora eorum iacentium. Opit:obruit. Tollere:ꝓ attollere membra.ſ.ex humo. Hærens.ſ.humi. Mul.cõ.aggere cumnlato pulueris. Et ſt á.non modo ꝓcubentes milites alligat:ſed etiam ſtantes.
Agger:id eſt cumulus arenæ. Terra ſurgente.ſ.ſuper copora eoꝝ. Saxa tulit penitus: quod mirũ ſi alia uentus aufert cum ipſa ſaxa ſecũ raperet ꝑ aerem uolitantia. Miranda ſorte:quia caſus mirandus fuit. Qui nullas uiderẽ:& romani cũ ea tranſirent iã enim uentus abſtulerat muros ruinam quidem uidebant:ſed domos nõ uiderant. Iamq; iter omne latet:proſequitur dicens aliquid deterius contigiſſe militibus catonis per arentem Libyam iter facientes q̃ nautis.nam etiam ſi uentis diſſipentur:ſẽper polum arcticum habent cuius ſidera obſeruantes ſciunt qua parte maris nauigent.at uero hi tunc flantibus uentis:quia omnis terra eſſet harena: qa orizonte ſuo prohibebãtur:arcturi ſiue plauſtri ſidera uidere non poterant:ut in quam partem inclinarent uidere non poſſent. Iter latet:obrutũ harenis. Nulla deſcrimina.i.diſcernere non poſſũt ubi terrarum ſint. Aethereæ flammæ: id eſt ſtellæ.ſũt.n.ſtellæ natura flãmeæ:quo circa uaporibus aluntur.Qui ex agris ſole tepefacti excitantur. Sideribus nouere uiam:obſeruatione ſtellarũ poſtea dignoſcebãt terras:nõ tamẽ omnes ſtellas uidebãt: ſicut nautæ.qa prohibebanẽ, nã erant in orizonte meridiano:qui humilis ẽ.ideo nõ poterat oculis aſpicere noſtrũ orizõtẽ.ſ.polũ arcticum:ubi multa ſidera plauſtri ſũt.ergo multa ſidera uidere nõ poterant:ſeptẽtrionẽ maxime cõſeruãt nautæ: & eũ ſpectantes ĩtelligunt qua parte maris nauigẽt. Finitor circulus oræ.i.orizõtis.Orizõ appellaẽ circulus q diffinit regionẽ poli arctici & antarctici. nã oriſo græce termio latine: & urſa qdẽ mior ẽ in ſeptẽtrione:maior uero in meridie:conſtituti ergo ĩ orizõte meridiano q ẽ humilior uidere nõ poſſũt ſtellas quæ ſunt in orizonte nr̃o qui eſt altior.Virgilius:hic uertex nobis ſemper ſublimis At illum ſub pedibuſ ſtyx atra uidet maneſq; profundi. nũc ergo dicit conditionem horum militũ deteriorẽ q̃ nautarũ:qa nautæ ſemper uidere poſſunt ſtellas ſeptẽtriõales quibus nauigationẽ ſuã dirigũt quocũq; uoluerit:ſed hi plene omnia ſidera uidere non poterant:quod rõ orizontis facit:in quo tunc erat cato cum exercitu.iõ recte dicit finitor circulus oræ.i.orizon meridionalis. Tota ſidera.ſ.poli ſeptẽtrionalis. Deuexo margine.i.rotundo:nã naturale ẽ ꝙ omne corpus rotũdũ eſt in medio. Cælat:tumores: terra intercipiente:q in illo orizonte ſunt uidere nõ poſſunt ſtellas huius orizontis:qa tumor terræ intercipiebat acies oculoꝝ.
Vtq; calor ſoluit:primo quidẽ paſſi ſunt tempeſtatẽ uentoꝝ:deinde nimium ſolis ardorem.nam ubi ĩ meridiẽ ſol aſcendit uentus ſtatim calore ſolis diſſipatus eſt:ſed ĩtenſior incubuit ardor faciẽtibus iter:ut e toto corpore ſudor manaret. Vt:poſtq̃. Calor.ſ.meridiani ſolis: Quẽ torſerat uentus:inuoluerat turbine ſuo & rotabat. Dies.i.ſol methonomia ꝓ eo quod fit id qđ facit.nã ſol facit diem: qui cũ ſit dies eſt. Exarſit.i.factus eſt intenſior ſolis calore. Manant ſudoribus artus. Vnum ſequiẽ ex reliquo: nã quia ſudor fundebaẽ ex corpore:iõ ſequebaẽ ſitis. Conſpecta ẽ parua maligna:caſus ita tulit:ut haud procul inde ſpectauerint undã q̃ potius piſcina erat:& ſtatĩ e militibus unus aquã inde hauſit & ea porrexit catoni duci:Cato toruis oculis illũ aſpexit:& acriter reprehendit.nũqd inqt ex oĩbus me unũ delegiſti q ſitim pati nõ poſſim & acceptã undã effudit ĩ conſpectũ militum: & effuſa unda ſatiſfecit oĩbus.nã milites ubi uiderũt ducẽ ſitim fortiter pati:nihil erat quod nõ ipſis tolerabile uidereẽ:ſic.n.fieri ſolet: ut cum prĩcipes cæterorũ labores fortiter ſubſtineãt:ĩferiores etiã æquo aĩo patianẽ. Procul: præoculis.i.ante oculos. Maligna uena:Quia aqua illa nec erat quidẽ huiuſmodi:ut potabilis uideri poſſet:iõ dixit maligna iniqua uena. Quam uix puluere: Adeo aqua per exigua erat:ut uix eam haurire potuerit miles.
Confundit:perturbauit. In orbem patulum:pro in orbem patenti galeæ:recte dixit patulum. Sq̃lebant puluere:omnes pene ſiti necti erãt Minimum liquoris:ideſt pũã aquæ partem tenens manibus.

Qui ſuper igẽtes cumulos inuoluit harenæ
Atq; operit tellure uiros:uix tollere miles
Mẽbra ualet:multo cõgeſtu pulueris hærẽs
Alligat:& ſtantes effoſſæ magnus harenæ
Agger:& immoti terra ſurgente tenentur
Saxa tulit penitus diſcuſſis proruta muris
Effuditq; procul miranda ſorte malorum
Qui nullas uidere domos:uidere ruinas.
Iãq; iter omne latet:nec ſunt diſcrimina terræ
Vlla:niſi æthereæ medio uelut æquorẽ flãmæ
Sideribus nouere uias:nec ſidera nota
Oſtendit libyæ finitor circulus oræ.
Multaq; deuexo terrarum margine cælat
Vtq; calor ſoluit:quem torſerat aera uentus:
Exarſitq; dies:manant ſudoribus artus.
Arent ora ſiti.conſpecta eſt parua maligna
Vnda procul uena:quã uix e puluere miles
Corripiens:patulum galeæ cõfundit in orbẽ
Porrexitq; duci:ſquallebant puluere fauces
Cunctoꝝ nimiumq; tenens dux ipſe liquoris

Inuidioſus erat:me ne inquit degener unum
Miles in hac turba uacuum uirtute putaſti?
Vſqueadeo mollis:primiſq; caloribus impar
Sum uiſus? quanto pœna es tu dignior iſta.
Q ui populo ſitiente bibas:ſic concitus ira
Excuſſit galeam:ſuffecitq; omnibus unda.
Vētum erat ad templū libycis qđ gētibus unū
Inculti garamantis habēt:ſtat corniger āmon
Iupiter ut mēorāt:ſed nō haud fulmia uibrās
Aut ſimul noſtro:ſed tortis cornibus āmon:
Non illic libyæ poſuerunt ditia gentes
Templa nec eois ſplendent donaria gemmis.
Q uāuis æthiopum populis arabumq; beatis
Gentibus atq; indis unus ſit iupiter ammon
Pauper adhuc deus eſt:nullis uiolata p æuum
Diuitiis delubra tenens:morumq; priorum
Numen:romano templum defendit ab auro
Eſſe locis ſuperos teſtatur ſylua:per omnem
Sola uirēs libyem:nam quicqd puluere ſicco
Separat ardentem tepida berentida lepti
Ignorat frondes:ſolus nemus abſtulit āmon
Syluarum fons cauſa loco:qui patria terræ
Alligat:& domitas unda cōnectit harenas

Inuidioſus erāt.i.magnā in ſe contrahebat inuidiam:inuidus:& inuidioſus multum differūt.iuidus ē il
le qui dolet bonis alienis:inuidioſus eſt is cui iuidet alter. Me ne inquit degener: adeo ne me exiſtimas
eſſe expertem uirtutis:ut mihi uni aquam eē præbendā putares:ſi biberem loco pœnæ & ſupplicii hrēm.
Turba:multitudine militum. Vacuum uirtute:uirtutis expertem. Vſq; adeo:uiſus ſum tibi mollis
& effœminatus. Primis caloribus:ut ī principio caloris ſiti pati nō poſſim. Quantū pœna : hac pœna
potius dignus ē:qui aliis ſitientibus bibat. Sic:hoc modo. Concitus ira:id ē pturbatus. Excuſſit ga
leam.i.effudit aquā ex galea. Suffecit:ſatiſfecit om
nibus aqua & omniū ſiti expleuit. Ventū erat ad
templū:cū per arētem libyam iter facit cato : tādem
ad fontē Iouis āmonis puenit:ubi templū erat ipſiuſ
dei:ſæpe hoc dictum quod ī fabulis legitur.cū ex in
dia uictor rediret liber pater:& ad arētem libyā per
ueniſſet:& ipſe cū omni exercitu ſiti laboraret ſup/
plex dicitur rogaſſe patrem ſuū iouē:ut ſibi exerci/
tuiq; ſuo miſereret:ſtatim ibi appuit aries:qui pede
terram percuſſit & ſtatī fons nitidiſſimæ aq exiluit:
unde oīs exercitus bibit:deinde in honorē patris li/
ber pater ibi templū condidit:& in medio tēplo ſi/
mulacrum iouis in forma arietis erexit:q; exiſtima/
bant patrem iouē ſub ea ſpecie auxiliū & opē ſibi p/
ſtitiſſe:& qui ad hoc ſimulacrū iouis ueniebāt de re
bus dubiis reſponſa accipiebant:nūc ergo dicit ubi
a catone & ipſius exercitu illuc uētū eſt:uniuerſæ gē
tis populi erant:q ad petēda oracula uenerāt. Vnū:
ſingulare. Inculti:uidelicet q uitā incultam & ru/
dē exigunt. Illic:in illo tēplo. Corniger:in forma
arietis. Vt memorāt.ſ.ſcriptores & pœtæ: Sed
nō.ſ.ſtat ſimilis nr̄o:nō ibi factus ē iupiter uel eius ſi
mulacrū ſicut in capitolio noſtro. Similis.ſ.cū fa/
Hic in hac regione: Tumida inflata. Aſpida:primam dicit ſerpentem natam ex hoc ſanguine quæ aſpis dicitur a ſimilitudine dictaē ασϖισ græce ſignificat ſcutum eo quod reliquo corpore tanquam ſcuto utitur:ut caput protegat. plures diuerſæque aſpidum ſpecies:uerum:ut inquit Solinus: diſpares effectus ad nocendum. Somniferam:quia quoſcunque momorderit in ſoporem reſoluit. ita ut dormientes moriantur:hoc ſerpentis genus mamillis addidiſſe perhibent Cleopatrā. Plenior hic ſanguis plurimum ueueni de capite gorgonis in hanc ſerpentem cecidit. Sanguis: ſcilicet meduſæ. Decidit: in hāc ſerpentem. Veneni: declarat quod dixit ſanguis. In nulla: ſcilicet q̄ in hac:hic uel hæc ſerpens dicitur. Ipſa caloris egens:& quia calorem amat:ideo nunquam niſi inuita in regiones frigidas tranſit:inuita autem dixit reſpiciens ad id quod ſequitur:q; nunc tanta iniquitas inceſſit animos hominū:ut ſerpens quam abominari homines deberent:iam in precio eſſe cœperit: apud homines ætatis noſtræ uenenum illud:quia maiorem uim habet tanquam præcium habetur:& ita deteſtatur auariciam hominum & ſcelus:qui etiam fecerint quod abominandum erat eſſe præcium non mediocre. Niloque tenus:quia nō diſcedit a littoribus nili:niſi quis eam cogerit. Lucri pudor:ſed quis inquit cupiditati & auaritiæ modū īpoſuerit:illa quidem in uita diſcedit a regione ſua nos uero eam cogimus tranſire in europam & uenenū ipſius iam magno præcio uendimus & emimus. Quis pudor:ideſt quem queſtum facere nos pudebit quaſi dicat nullum. Inde:uidelicet ex regione aphricæ. Libycæ mortes:ideſt quæ in libya natæ ſunt. uidelicet uenenum. Huc: in europam. Fecimus aſpida mercem: ideſt uenenum aſpidis fecimus eſſe mercem. At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem: poſt hanc ſubſecutam eſt ſerpens: cui nomen eſt hemorois: quia ſanguinem fluere facit: nam quencunque momorderit: ille ſtatim cum ſanguine exhauritur:& tanquam ſudor e corpore emanat αιμα ſanguis ρεω fluores. Suum cruorem proprium ſanguinem. Miſeris paſſura cruorem:quos momorderit ſtatim ſanguinem per cutem erumpere facit tanquam ſudorē. Squamiferos ingens hemorois explicat orbes: quia munita eſt ſicut piſcis.

Natus in am.cherſydros natus eſt etiã:& quia duo elementa occupat modo terram:modo aquam:ideo nomen impoſitum eſt.nam χερσοσ græce terã ſignificat υδωρ ſignificat aquam. Via fumante:puluerulenta.nã chelis nati ſunt chelindri:chelæ arum uulgo ſũt le zanche.chelidrus eſt ſerpens cum chelis. Et: ſcilicet natus eſt chencris κεχρoσ græ. la. ſignificat milium: quia diſtictus eſt maculis in ſimilitudinem milii:& declarat plu:ibꝫ ille notis &c. Ophites: genus eſt lapidis ad ſimilitudinem huius ſerpẽtis maculis albis diſtinctus: propterea appellatur ophites ab hoc ſerpente. dicit autem pluribus maculis diſtictum

Natus in ambigue coleret qui ſyrtidos arua
Cherſydros:tractiq; uia fumante chelindri
Et ſemper recto lapſurus limite centris
Pluribus ille notis uariatam tingitur aulum.
Q uã paruis cũctis maculis thebáus ophites
Concolor exuſtis atq; indiſcretus harenis
Ammodites ſpinaq; uagi torquẽte ceraſtæ:
Et ſcytale ſparſis:etiam nũc ſola pruinis
Exuuias poſitura ſuas: & torrida dipſas
Et grauis ingenuum uergẽs caput ãphiſibẽa
Et natrix uiolator aquæ:iaculiq; uolucres:
Et contentus iter cauda ſulcare phareas:
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia præſter:
Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus ſeps
Sibilaq; effundens cunctas terentia peſtes.
Ante uenena nocens:late ſibi ſummouet õne
Vulgus:& in uacua baſiliſcus regnat harena.

eſſe chenchrim q̃ lapidem ophiten: qui naſcitur in regione thebana. Concolor ammodites:ideſt qui concolor eſt harenæ.unde nomen habuit. nam ammos græ.la.harenam ſignificat:& dioriſſo ingredior:quia graditur per harenam. Indiſcretus: non cognitus:quia diſcerni non poteſt:& quia non diſcernitur a colore harenæ. Spina: ſcilicet tergi ceraſtæ ceraſtæ præferunt quadrigemina cornicula: quorũ oſtentatione ueluti eſca illiciunt ſollicitatas aues perimunt:ut refert Solinus:quia cum cornibus ſerpentes ſunt.nam chera cheratos ſignificat cornu. Et ſcytalis: ſcytalis tanta præfulget tergi uarietate: ut notarum gratia: uidentes retardet: & quoniam reptando pigrior eſt:quos aſſequi nequit:miraculo ſui capiat ſtupentes:in hoc tamen ſpumarum nitore hyemales exuuias prima ponit.ſcytialis enim uirga eſt oblonga & rotunda ad cuius ſimilitudinem etiam appellatur hoc ſerpentis genus ſic Lacedemonii appellabant uirgam longam & rotundam ſcytalim: unde acuitatem epiſtolarum genus dicebant: ziphiras epiſtolas appellant:deinde ſumunt carthã ubi ſcribere uolunt:& cum ſcribunt ĩ hac rima ſcribunt litteras: ita ut dimidium litterarum in altera parte ſit:& dimidium in altera: & cum litteras has legi nec intelligi uoluerint euoluunt:quis intelligere tum poterit nemo quidem niſi qui uirgam huiuſmodi intellexerit. Exuuias poſitura:dicit hanc ſcytalem non ſequi conſuetudinem aliarum ſerpentum: nam aliæ ſerpentes nũquam exuuias deponunt:niſi uerno tempore:ſed hæc media hyeme. Sparſis pruinis:uidelicet cum pruinæ ſparguntur. Et torrida dypſas: ſcilicet nata eſt quæcunque momorderit:ille ſiti exardeſcit:ut ſaciari nõ poſſit.η διψασ διψοσ ſignificat ſitim.nam ſiti interficit:ut docet ſolinus. Amphiſibena: ideo appellatur: quia utrinque caput habet quaſi utrique uena ueno idem eſt ꝙ deſcendo:quia non in hanc partem deſcendit: modo in illam: biceps eſt:ideo dextrorſum & ſiniſtrorſum uerſus flectitur cum incedit. Amphiſibena conſurgit in caput geminum:quorum alterum loco ſuo eſt alterum in ea parte qua cauda:quæ cauſa efficit: ut capite utrinque ſecus nitibundo ſerpat tractibus circulatis:ut idem Solinus docet. Natrix: a nando dicta. Iaculiq; uolucres:genus eſt ſerpentis acerrimum.nam quicquid percuſſerit penetrat:ut ſi corpus hominis percuſſerit illud penetrat:ita ut quaſi nihil obſtitiſſe uideatur.Solinus ita refert iaculi arbores ſubeunt:e quibus ui maxima turbinat:penetrant animal quod cunque obuium fortuna fecerit. Phareas:uide quid faciũt latini.nam alieni ſunt ab aſpiratione:græci non ita: ſed hæbrei aſpiratione in primis utuntur omnia ferme in aſpiratione ponunt.illi in primis græci medium tenent:nos ſummis labris omnia pronunciamus: tamen cum ita ſit non nullæ dictiones ſcribuntur per η tenuem litteram ſine aſpiratione quas nos per aſpirationem ſcribimus:ut ἡ φαρεια dicunt græci:nos parea.iota pronunciant pro e longa non nunquam ut ſpondios ſpondeus:parias apud græcos:pharias apud latinos aſſumpta aſpiratione dicitur. Preſter: preſter teſte Solino: quem percuſſerit diſtenditur enormique corpulentia necatur extuberatus ſerpens a maioribus facibus.nam πρηζω græce latine ardeo:unde Δασεμπρηςοσ ſignificat facem ardentem & fulmen etiam ſignificat:ideo appellauit priſtirẽ:quia fulmineus eſt:& tanquam flammas ſintillat ab ore. Seps:ſerpens eſt a σηπω.i.putrefacio putrefacis:quicquid enim momorderit reſoluitur in putredinem. ei uertitur in e. Tabificus:nocens. Ante uenena nocẽs: Baſiliſcus rex eſt cæterorum ſerpentum. nam regem ſignificat βασιλεισ uis magna ſerpentis eſt ꝙ ſolo uiſu mortem inferat ac homines enecet:terram polluit & exurit: denique extinguit herbas:arbores ipſas:etiam corrumpit auras: ita ut nulla alitum impune tranſuolet infecta ſpiritu peſtilenti: animal ad ſemipedem longitudinis: albo quaſi mitrula lineatus caput. Sibila:adeo terribiliter ſibilat:ut ſerpentes alios terreat. Peſtes:ideſt alios ſerpentes.

Vos quoque qui cunctis ínoxia numía terris
Serpitis:aurato nitidi fulgore dracones
Læctiferos ardens facit aphrica ducitis altum
Aera cum pennis:armentaq́ tota ſecuti:
Rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros
Nec tutus ſpacio elephas datis omnia læto
Nec nobis opus eſt ad noxia fata ueneno
Has inter peſtes:duro dato milite ſiccum
Emetitur iter:tot triſtia fata ſuorum:
Inſolitaſque uidens paruo de uulnere mortes.
Signiferum iuuenem tyrrheni ſãguinis aluũ
Torta caput retro dipſas calcata momordit.
Vix dolor:aut ſenſus dentis fuit ipſaque læti
Frons car& inuidia:nec quicq̃ plaga minat̃:
Ecce ſubit uirus tacitum rapuitq́ medullas.
Ignis edax:calidaque incendit uiſcerã tabe.
Ebibit humorem circum uitalia fuſum
Peſtis:& ſicco linguam torrere palato
Cœpit:defeſſos ir& qui ſudor in artus
Nõ fuit atq́ oculos lachrymarũ uena refugit
Non decus imperii:non mœſti iura catonis
Ardentem tenuere uirum:nõ ſpargere ſigna
Auder&:totis furens exquirer& agris.
Quas poſcebat aquas ſitiens ĩ corde uenenũ.
Ille uel in tanaim miſſus:rhodanũque padũq́
Arder&:nilumq́ bibens per rura uagantem

Vos quoq́:loci iniquitas facit ut dracones qui etiam alibi ſunt innoxii in aphrica uehementer noceãt q colebant̃ quaſi dii: & adhuc conſuetudo manet apđ agreſtes: q exiſtimant nefas eẽ necari huiuſmõi ſerpentes:unde dracones dicti ſunt a Δερκω quod eſt uidere.nã clariſſimam dicũt̃ haber̃ oculo℞ aciẽ:qua ex re ẽt incubantes eos theſauris cuſtodiæ cã antiq finxerũt poetæ: iõ etiã Eſculapio tribuũt̃: q̃ uidelicet ſint acuti cuiuſdam uiſus:ſunt uigilantiſſimi generis q̃ res medicinæ maxime neceſſaria ẽ. oportet enim medicum uigilantiſſimum eſſe:ideo Eſculapio deo medico℞ attribuunt̃: hæc gẽtiliũ illuſio uſq́ ad noſtros peruenit. Aurato fulgor̃:quia habẽt ſquamaſ quodamodo aureas:unde etiã dracones ut in tẽplis dicãtur. Virgilius ſeruauit angues in aqua:ſerpentes ĩ terra:dracones in templo.delubra ad ſumma draconũ Numina:id eſt tanq̃ numina. Serpitis: repitis p cunctas terras. Repe:proprie eſt ſerpentum etiã ſerpere:quia ſerpunt cũ ingrediũt̃ loca anguſta. Ardens aphrica:nam nimio illius regionis ardore incẽdunt̃ dracones tam& ſi alibi ſine ueneno. Ducitis altum aera.i.uolatis ac trahitis aera uolando. Secuti:pſecuti. Amplexi.ſ.eos. Verbere:quia cauda uſq́ uerberant thauros:ut eos enecent. Nec tutus:qđ dixi de thauris cum elephantes etiam miræ magnitudinis animalia uincant. Datis oĩa leto.i. occiditis quicquid uobis obuiam factum fuerit. Nec opus ueneno: etiã ſine ueneno ſatis uirium hẽtis ad mortem. Has inter peſtes:poſtq̃ deſcripſit periculum quod in aphrica erat & per eam partem in primis qua gradiebantur nunc redit ad iter eorum. Peſtes:ſcilicet ſerpentũ. Duro:forti. Siccum aridum penuria aqua℞. Suo℞.ſ.militum. In puo uulnere:ne.n.paruo uulnere mors inferri ſolet:tamẽ pua plaga ſerpentis quæ uix inſpici poſſet moriebantur milites. Signiferũ iu.& ita deſcribit nõ nulloſ milites qui morſu ſerpentum necati fuerunt:primũ autem militem dicit cecidiſſe noĩe Aulũ. Dypſas: ſerpentes q̃ morſu ſuo nimiam ſitĩ inducit. Signiferum:uexilla geſtantem. Sanguinis tyrrheni:de ſãguine tuſco. Torta ca.pdolore. Calcata re.pedibus huius.ſ. pdolore caput conuertit:& morſũ cruri eius infixit. Vix dolor:ſcilicet fuit adeo tenuiter momordit: ut uix eum ſenſerit. Frons caret inuidia quia ſi eum inſpexiſſes uenenatum non oſtendebat ſigna mortis ĩ frõte. Plaga miat̃: adeo pexigua erat Ecce ſubit uirtus:ſed ſẽſim uirus illud diffũdi cœpit p uenas:ut uniuerſum corpus humore & ſãguie exhauriret. Rapuitq́.m.uſq́ ad medullas penetrauit. Ignis:ueneni. Calidaq́ icẽdit t. qa calor̃ nimio uniuerſũ corporis humorẽ deſiccauit:unde ſitis ſeq̃ bat̃ ĩtolerabilis. Ebibit:exhaurit. Vitalia: pcordia. Torrer̃:urer̃. Sicco palato:qa lingua arida ſitim ĩducit. Defeſſus iret:ẽt ſudor nullus in toto corpor̃ relinq̃t:tã & ſi nimio ardore caleret:tamẽ ſudorẽ nõ hũit quẽ p calor̃ non uiceret. Atq́ oculos lachry.qđ dixi de ſudoribus: qa nec humor qđẽ lachryma℞ relictus ẽ. Non decus ĩpii:ubi uero ſitis illa corpus ĩuaſit uniuerſũ:rigiditas q̃dã iuuenis illius nullũ catonis ĩperiũ ueritus:ſigna pcul abiecit & quanta maxĩe celeritate potuit:quæſiuit aquã q̃ ĩuenta ſatiari nõ poterat. Decus:maieſtas. Mœſti.i.triſtis:ſæueri. Ardentẽ: ſitientẽ. Ne ſparger̃:quo mĩus auderet pĩicere uexilla:qa ſignifer erat. Poſcebat:apperebat: Sitiẽs uenenũ.ſ.ſiti adducẽs ĩ corde. Ille uel ĩ tanaĩ:dicit tota flumĩa quãtacũq́ fuiſſẽt huius ſiti ſufficer̃ nõ potuiſſẽt. Iuuenalis. Epotaq́ flumina medo:Tanais:ut r̃fert Strabo li.xi.ex iiſdẽ.n.Indiæ mõtibus fert̃: ex q̃bus ochus & oyus iaxartes & cõplur̃s alii atq́ ita ĩ caſpiũ pelagus ĩmittit:queadmõm illi & oĩum ſeptẽtrĩoaliſſimus ẽ: hũc itaq́ tanaĩ nomiauerũt & fidẽ adhibuer̃t eũ tanaĩ eẽ qđ r̃gionẽ trãs amnẽ abietẽ fert & ſcythæ q ibi ſũt ſagittiſ abiegnis utũt̃. Tanais itẽ Europã ab aſia diſiũgit. Vel.pẽt. Tanaĩ rhoda.q ſũt amnes aliorũ r̃ges. Virgiliꝰ.fluuiiorũ rex eridanus. Nilũq́ bi.cuius ĩundatio tãta ẽ:ut uniuerſã pfũdat ægyptum:tamen nõ ſuffeciſſet hũc.

Acceſſit.m.li.ſed ad hãc ſiti q̃ inducebaṫ morſu dypſadis acceſſit ẽt exuſtio regionis.ſ.ſolis ardor. Morti:ut moriẽdus erat. Fati.i.mortis:qa nõ oĩa tota mors attribuiṫ dypſadi:ſed peruſtæ regioni:ideo dicit dypſadẽ minorẽ iuidiã hũiſſe.q.ſ.ſitis illa nõ oĩo attribuiṫ ſibi:ſed regioni q̃ naturaliter arida ẽ & feruens Adiuta.ſ.dypſas. Terris.ſ.a ñoye q̃ ſicca ẽ:nũc reddit ad ſyrtes.deſcribit q̃uo iuuenis iſte loca oĩa inqrebat:ubi humoris aliqd inuenire poſſ.t:& ad ſyrtes plerunq; redibat:ubi & maris.aquã hauriebat. Penitus:iterius ẽt i uiſcera terræ. Nũc aliq̃do. Fluctibus:maris. Aequoreuſque placet:quanuis homines abhorreant maris undam: tamen ſitis tanta erat: ut ea ſibi grata eſſet: nec ſufficeret quidem. Nec ſentit fatiq;.g.quia non poterat extiguere ſitim exiſtimabat naturalem ſitim eſſe potius q̃ uenenum ſerpentis:q; neſciebat unde procederet. Sitim: ſcilicet naturalem. Ferroque aperire timentes:q̃do aqua ſedare non poterat ſitim:aperuit uenas.brachiorum & ſanguinem ſugebat. Suſtinuit: paſſus ẽ iuſſit. Vix aulus confectus abicerat ſigna: cum ſtatim iuſſu catonis alius affuit qui ſigna acciperet. Prope:feſtinãter. Hoc: uidelicet ut cogeret abiici ſigna. Diſcere nulli:uix unus uidere potuit illum nimia ſiti proieciſſe ſigna. Sed triſtior illa: ille quidem accepto uulnere dypſadis ſitim itollerabilem paſſus occubuerat. At uero alius nomine Sabellus crure morſus ſepis accepit:& uulnus quidẽ erat exiguum ſicut dypſadis:ſed uim habuit incredibilem ſi quidem uniuerſum corpus reſoluit & ad nichilũ redegit:ab effectu ergo nomen accepit.nam ſypim eſt putrefacere: quia reſoluit in puluerem Sabelli: corpus. Ante oculos: ſcilicet militum. Sabelli: de ſabina regione:ſabelli dicuntur ſabini diminutiuum:Nam:ut refert Strabo: ſabini aduerſus umbros diutino certantes bello:quorũdam more græcorum uotum effecerunt: ut ea nato anno immolarent.re igitur bene geſta: reuerſi nata partim ſacrificarunt: partim conſecrarunt: cæterum facta ſterilitate:uulgatum eſt a quibuſdam oporteṙ & liberoſ conſecrari:quod & patrauerunt. ſi quidem editos in lucem pueros marti conſecrãdos acclamauerũt: uirilem tamen in greſſos ætatem in coloniam emiſerũt: qbus dux factus ẽ taurus. i opicorum ãt agro cubantes:qui uicatim uitã agebat eos eiiciũt: eiectis q; illis:ſedes ibi locarunt:& de augurũ ſentẽtia marti taurum mactauerunt qui ducẽ illis taurũ exibuerat. quã obrẽ eos dimunitiuo uocabulo a parentibus ſabellos appellatos fuiſſe crediṫ: ſed Sabellus propiũ nomen eſt hoc loco. Stetit in crure: qui in crure itulit morſũ:ille crure rapuit ſepẽ exiguũ & ipegit humi deĩde pilo trãſfixit. Flexo dẽte:ita ut nõ facile poſſet a crure auelli. Modo.i.mẽſura pua:qa admodũ breuis erat. Sed qua nõ nulla:ſed eſt peſtis q̃ nulli ueneno accedat:neq; eni minorẽ habet ui cæteris imo maiorẽ. Mortis cruentæ:qa reſoluit in nihilũ corpora. Plagæ:& primũ qdẽ ptes ꝓximæ morſui ille refugiunt:& ſenſi torũ corpus labefactant:deinde ad nihilũ redigunt. Circũ fugit rupta.i.circũ rupta:& eſt themeſis. Retexit.ſ.nimia ui ueneni. Pallẽtia oſ.qa ad oſſa uſq; penetrauit uenenũ:ita ut conſũpta carne nuda oſſa apparerẽt. Iãque ſi.laxa:laxa cute:nã ſinũ ſãguinis cutẽ appellauit:quia ſanguis cõtineṫ cute tãq̃ ſinu. Sanie: qa caro oĩs in ſaniẽ conuerſa erat. Suræ:ꝓprie dicunṫ muſculi crurũ:uulgo le polpe. Vir. Purpureoq; alte ſuras uicere cotu. Fluxere:reſolutæ in putredinẽ. Sine tegmine:ipſe poples nudatus e̊ erat. pelle ſolla relicta erant oſſa:poples ẽ ſũmitas genu. Tegmine:& cute & carne. Liquiṫ:ꝑ liqueſcit tabe[.]it Vir. Vere nouo gelidus canis cum mõtibus humor Liquiṫ:ideſt. Muſculus: muſculum appellat ſolidã carnem:quæ in fœmore eſt quod glandium alio nomine appellatur ad ſimilitudinem glandis uulgo el peſſetto de la coſſa:& non ſine ratione.habet eni formam piſciculi. Diſtillant inguina .i. reſoluuntur in ſaniẽ. Nigra.i.uenenata. Mẽbrana.i.illa carthilago quæ inteſtina cohercet reſoluta ẽ & ipſa Strigẽs uterũ.i.cõtinẽs iteſtina. Diſſiluit:dirupta eſt. Nec effluit.ſ.tantũ q̃tũ debet effluere. quare? Sæuũ uenenũ: quia anteq̃ ex oſſibus deciderent carnes prius ardore ueneni pro maiori parte conſumptæ ſunt.

Acceſſit morti libyæ.fatiq; minorem
Famam dypſas habet:terris adiuta peruſtis
Scrutatur uenas: penitus ſqualẽtibus harenæ
Nunc redit ad ſyrtes: & fluctus accipit oræ
Aequoreuſq; placent:ſed non ſufficit humor.
Non ſentit fatiq; genus:mortemq; neneni.
Sed putat eſſe ſitim: ferroque apire tumentes
Suſtinuit uenas:atque os implere cruore
Iuſſit ſigna rapi propere cato:diſcere nulli
Permiſſum eſt hæc poſſe ſitim:ſed triſtior illa
Mors erat ãte oculos miſerique icruie ſabelli
Seps ſtetit exiguus:quã flexo dẽte minacẽ
Auulſique manu:piloque affixit harenis.
Parua modo ſerpens:ſed quã nõ nulla cruẽtæ
Tantũ mortis habet:nã ꝓxima uulnera circũ
Fugit rũpta cutis:pallentiaque ora retexit
Iam ſinu laxo nudum ſine corpore uulnus
Membra natant ſaniæ ſuræ fluxere ſine ullo
Tegmie poples erat: femorũ quoq; muſculo
Liquitur & nigra diſtilant iguina tabe. ois
Diſſiluit ſtringẽs uterum mẽbrana fluũtque
Viſcera:nec quantũ toto de corpore debet
Effluit in terras: ſæuum ſed mẽbra uenenum

Decoquit in minimū mors cōtrahit oīa uirus
Vicula neruorum : & laterum textura cauūq;
Pectus:& abſtruxum fibris uitalibus omne
Quicquid hō eſt aperit peſtis natura ꝓfana
Morte patet:manant humeri:forteſq; lacerti
Colla caputq; fluunt.calido non ocius auſtro.
Nix reſoluta cadit:nec ſolem cæra ſequetur
Parua loquor corpus ſanie ſtillaſſe peruſtum:
Hoc & flāma pōt: ſed qs rogus abſtulit oſſa
Hæc quoq; diſcedūt:putreſq; ſecuta medullas
Nulla manere ſinūt rapidi ueſtigia fati.
Cynipheas inrer peſtes tibi palma nocendi eſt
Eripiunt omnis animam : tu ſola cadauer.
Ecce ſubit facies læto diuerſa fluenti
Naſidium marſi cultorem torridus agri
Percuſſit præſter:illi rubor igneus ora
Succedit: tenditq; cutem pereunte figura
Miſcēs cūcta timor:toto iam corpore maior.
Humanūq;.egreſſa modū:ſuper ōnia mēbra
Efflatur ſanies:late tollente ueneno.
Ipſe latet penitus congeſto corpore merſus.
Nec lorica tenet diſtenti corporis actum.
Spumeus accenſo non ſic exundat aheno
Vndarum cumulus: nec tantū carbaſa coro
Curuauere ſinus:tumidos iam nō capit artus
Informis globus:& confuſo corpore truncus:

Decoquit: cōſumit. In minimū:exiguū uirus. Cōtrahat oīa.i.mēbra oīa ad minimū redegit. Vincula:neruorū & laterū textura.quaſi idē eſt.nā ſi uolueris diffinire qd ſit neruus:nō male dixeris eſt iunctura laterū uel oſſiū. Cauū.ſ.reſoluta carne. Abſtruſū:reconditū. Fibris uitalibus:uenis uitā ferentibꝫ:nā ſedē aīæ in ſanguine eſſe uoluerūt.fibræ ꝓprie ſūt iecoris uenæ:ſed ſipliciter ꝑ oībꝫ uēis accipiunt: ut hoc loco. Quicqd homo ē.i.oēs hominis ptes ēt ſecretiores. Apit:nudat. Natura patet:qcqd ē in uniuerſa hoīs patefactū eſt naturā ꝓfanā appellauit:q̄ſi nefandā & abominandā oībus. Manant:euaneſcunt tabeſcunt. Fluunt:reſoluuntur.ſ.in nihilum. Calido non ocius auſtro : per ſimilitudinē dicit quomodo corpus illud reſolutum fuerit : non ſegnius inquit corpus illud ueneno reſolutum eſt & liquefactū q̄ ſole uix liqueſcere ſolet:aut cæra igne:ſed ad ſimilitudinē inquit parum dixi: quia multo maiorem uī habet uenenū illud.nam nix liquefacta reſoluit in aquam.at uero uenenum hoc nihil omnino reliquit

Auſter:uentus meridionalis. Ocius: uelocius. Cadit:ſcilicet in reſolutionem. Parua loquor:quia ſimilitudo hæc minor eſt; q̄ huic ueneno conueniat. Flamma hoc poteſt: ſi dixero corpus ſtillaſſe ſanie pua dixero hoc quoque facere poteſt : uidclicet ut corpus aliquod ſtillet: ſicuti uidetis : cum carnes torrētur : ſtillat oīs adeps illius carnis guttatim. Hoc:ſcilicet ut aliquid guttatim reſoluatur: ſed fecit aliquid multo maius uenenum : quia nihil omnino reliquit. Sed quis rogus:non omnino rogo ſuperimpoſitum corpus conſumitur:quin pars oſſium relinquatur. Deſcendunt:ſcilicet ui tāta ueneni. Medullas:quia una cum medullis oſſa quoque conſumpta ſunt. Manere:relinqui. Veſtigia: ideſt ſigna. Rapidi:rapacis. Cynipheas inter peſtes:dicit inter libycos ſerpentes:hanc unam ſepem uim cæteris maiorem habere. Tibi: o ſeps exigue

Eeripiunt animam:quia mortem inferunt. Cynipheas:libycas:cyniphs fluuius eſt libyæ defluens per uberrima regionis illius arua:circa quem fluuium grandiores naſcuntur hyrci. per cathexochē dixit:quia maiores illic naſcuntur. Ecce ſubit facies ſecutus eſt & illu d: Et prodeſſe uolūt & delectarē poetæ.res enim uarias deſcribit Lucanus:ut erectū legentis animum teneat. nam diuerſum leti genus deſcribit : quem momorderit ſeps ille ſenſim liqueſcit:ſed præſter tumeſcere facit adeo ut nulla membra dignoſci poſſint. Leto fluenti.i.tabificæ peſti. Subit:ſuccedit.ſ.ſepi. Marſi: de regione marſia. Præſter: dicitur ϖρηϛηρὸσ græce ſignificat flāmā. Torridus:qa torret:& ardorē imittit. Rubor igneuſ qa ita rubeſcebant genæ.ut ardere uiderentur. Tendit:tumeſcere facit. Pereunte figura:quia ita inflatur ut mēbra diſtingui non poſſint. Miſcens:ꝑ miſcebat. Modū:menſurā. Efflat:emittit. Late:ꝑ uniuerſū corpus. Tollete:nō auferente:ſed extollente:ac eleuante ueneno ſaniē. Ipſe latet:tumefacto corpor: ut dignoſci non poſſit. Congeſto:in ſimilitudinem aggeris. Auctum:augumētatum declinauit ipſe:hic auctus us ui. Spumeus : accenſo:per ſimilitudinem oſtendit; quantum ueneno ſerpentis intumuerit. non magis inquit unda tumeſcit:feruet aheno:aut uela:tum cum uentis implentur. Vndarum cumulꝫ cum ignis ſubiicitur aheno.& unda oppoſita feruet. Spumeus:qui ſpumas facit. Accēſo:calefacto aheno:quod uulgo cacabum uocant.Virgilius:littore ahena locant. Carbaſa:carbaſus genus eſt ſubtiliſſimi lini:quo texunt uela :& carbaſa ꝑ uellis accipiunt. Sinus.i.gremiū.eſt enī q̄ſi gremiū uelū cū ē uentis plenum. Coro:ideſt uento ſeptentrionali. Tumidos iā non: & uſqueadeo creuerat uniuerſum corpus ut iā mēbra continere non poſſet. Informis globus:globum informem appellauit tumefactum corpus; qa uidebatur potius globus:ideſt ſpærica quædam forma q̄ hominis. Et confuſo :& non caput non brachia non lacerti; non alia membra dignoſcebantur in corpore tumido. Confuſo pondere : ꝑ cōfuſi pōderis.

Intactũ uolucrũ roſtris:qui circũſteterant:ubi morſũ tumẽdo creſcerẽ uiderũt nõ ſũt auſi illũ ſepulchro mãdare:nec uolucres quidẽ auſæ ſũt corpus illud lacerare. Haud ĩpune: & ſi forte feræ aliquæ guſtaſſẽt carnes illas:nõ ĩpune fuit illiſ:nã perierũt ui ueneni. Nõdũ ſtante modo.i.mẽſura: qa creſcebat adhuc Sed maiora parãt:aliud ſerpentis genus deſcribit:q hemoruis appellat̃.ſ.q faciat ſãguinẽ oẽm penitus ef fluere. Tullo:propriũ nomẽ eſt militis. Miratori:ſectatori a præcedente quod ſeq̃t:quẽ enĩ miramur: hũc ẽt ſeqmur. Vtq ſo.p ſimilitudinẽ oſtẽdit ſãguinẽ oẽm illius e mearib9 corporis effuſũ eẽ: quẽadmo-

Intactum uolucrum roſtris:epulaſq daturũ]
Haud ĩpune feris:non auſi tradere buſto
Nundũ ſtante modo: creſcens fugerẽ cadauer
Sed maiota parant libycæ ſpectacula peſteſ
Impreſſit dentes hemorois aſpera tullo
Magnanimo iuueni:miratoriq catonis
Vſq ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
Coricii præſſura croci:ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilũ pro ſanguine uirus uit
Sãguis erãt lachrymæ: quæcũq foramia no
Hũor:ab his largus manat cruor ora redũdãt
Et patulæ nares:ſudor rubet:omnia plenis
Mẽbra fluunt uenis totũ ẽ ꝑ uulnere corpus
At tibi leue miſer fixus præcordia præſſit
Niliaca ſerpente cruor:nulloque dolore
Teſtatus morſus:ſubita caligine mortem
Accipis:& ſtygias ſomno deſcendis ad ũbras.
Non tam ueloci corrumpunt pocula læto
Stipite quæ diro uirgas mentita ſabæas
Toxica fatilegi capiunt matura ſabæi.

dũ ĩqt ẽt p forãina toti9 imaginis ſuccus croci erũ-pit ſecũ trahẽs imaginẽ ĩpſã & ĩ obuerſã ſupficiẽ ex-priit faciẽ: hæc ſilitudo ſũit a pictorib9:cũ uoluerĩt imagines ĩ obuerſa facie formare ſolent crebris fo-raminibus trãſferre formam: deĩde ſuper inducũt ſuccum croci qui ex ominibus foraminibus ſtatim erumpens:crocus imaginem illius figuræ in obuer ſam ſuperficiem exprimit.dicit ergo qũo erumpẽs crocus ex foraminibus illius imaginis:uno eodem que tempore erumpit:ſecum trahẽs imaginem ip-ſam:ita omnis e corpore tulli ſanguis effluxit:poſtq̃ ſerpentẽ ſẽſit. Simul: uno eodemque tempore. Effũdere:emittere. Totis ſignis:ideſt ex figuris & imaginibus pertuſis. Preſſura croci:ideſt ſuccus p̃ſſi croci. Coricii:circa coricium cyliciæ crocũ plu-rimum optimumq det licet cyrena:det lycia: hoc primũ ẽ teſte ſolino: ſpirat flagrantius: colore plus aureo ẽ: ſuccoque citius ꝑficit ad medelam ibi cori cus oppidũ ẽ: & ſpecus qui mõtem impoſitum ma ria ſũmo cauat uertice: patulus hyatu ampliſſimo nam deiectus lateribus in terræ profundum nemo roſo orbe amplectit̃ mediam inanitatem: uires in-trorſus lucis pendentibus.deſcenſus in eũ per duo milia & quingentos paſſus: non ſine largo die: hic inde fontium aſſidua ſcaturigine: ubi peruentum ad ima primi ſinus. alter rurſum ſpecus panditur: quod ãtrum latis primum latet faucibus: poſtmo-dum in proceſſu per anguſtias obſcuratur. in eo ſa-crum eſt iouis fanum: ĩ cuius receſſu intimo tipho-nis gigantis cubile poſitum accolæ credunt. Pro ſanguine:ideſt loco ſanguinis. Foramina: uideli-cet folles qui ſunt in cute emittebant pro ſudore ſanguinis perſiſtit in ſimilitudine. Redundant: abun dant ſanguine. Sudor rubet: & ſudor ſanguinis erat. Totum eſt: denique corpus: & uulnus unum eſſe uidebatur. At tibi leue: mitior fuit aſpis cæteris ſerpentibus: ideſt minus crudelis. nam militem Leuum nomine momordit:& ille ſtatim in ſõnum reſolutum interiit. Niliaca ſerpente: ideſt aſpi-de quæ naſcitur circa nilum:qua aſpide uſam fuiſſe Cleopatram hiſtorici ſcribunt antequam in po-teſtatem Cæſaris octauiani ueniret. Fixus præcordia: Quia uenenum huius aſpidis uenas ſopiuit: & quaſi ſanguinem cõgelauit: & ea cauſa eſt cur ſoluatur in ſomnum. Fixus: ideſt quodammodo congelatus. Præcordia preſſit: ideſt occupauit membra uitalia. Nullo dolore: mors illa ſuauis fu it: quam dormiens ſentiere non potuit. Caligine martem: ſcilicet inferni & declarat. Non tam ueloci corrumpunt pocula læro: In ſabæa regione naſcitur thurea uirga:ex qua colligitur thus: ſed alia etiam uirga naſcitur ad ſimilitudinem:illius quæ legentes thus plerunque fallit: quia acerrimum & teterrimum uenenum producit. dicit ergo uenenum huius uirgæ: quamuis ſit acerrimum: tamen maiorem uim non habet: q̃ aſpidis uenenum: & ſi uenenum illius uirgæ poculis immiſcuerunt ſæ ue nouercæ cum priuignos occidere uoluerint: non tam cito moriuntur qui uenenum illud hauſe-rint q̃ celeriter hic mortuus eſt aſpidis morſu. Virgas mentita ſabæas: quæ naſcuntur ad ſimilitu dinem uirgæ illius quæ thus producit in ſabæa regione orientis. Sabæorum uario teſte Strabone: ma xima eſt apud hos tus & myrrha & cinamomum naſcitur: in ora etiam balſamum: & alia quædam herba odorata quanquam eius odor cito deperit: habens præterea palmas odoratas & calamum: ſer pentes quoque palmares: colore puniceo uſque ad ilia aſſilientes: quorum morſus incurabilis eſt. Stipite quæ diro: de ſtipite diro: quia producit uenenum. Fatilegi capiunt: ideſt fata legentes. Toxica fatilegi: ideſt uenena: quæ fatum afferunt. Matura ſabæi: ideſt in tempore ſuo collecta.

Ecce ꝑcul:Deſcribit enī ſerpentē cui nomē ē iaculū: q ī arbore cōſtiterat: & trāſeuntē paulū quendā p tpa pcuſſit:ita ut alterum latus erūperet:ſine ueneno militē illū occidit. Procul:a lōge. Immiſſit:torſit ia culatus ē ſe ipſū. Sterilis:qa nō ſūt fructiferæ arbores. Fatū:mortē. Deprehēſū ē: Et uelocitate huius ſer pētis cognitū ē ī cōparatione tardā eē ſagittā & glandē:q̄ fūda emittit. Deprehēſū:cognitū. Rotat:reſpe xit ad geſtū iaculantiū q bis terq; circa caput iaculant ſaxa uel glādes. Segnis:ꝑ tarde arūdinis Scythicæ. Aer:ideo dicit:qa p aerē ſcidēs ſagitta arcu & neruo dēiſſa fert. Studeret:reſonaret. Quid ꝓdeſt.q.d. ni hil ꝓfuit haſta trāſfigere baſiliſcū:qa ſāguis p haſtā fluēs ad manus puenit: hic ubi ſēſit manū uenena tā eē ſtatī eā abſcidit.maluit enī manū abſcīdere: q̄ ut totū corpus corrūperet. Venenū.ſ.ſāgunis baſi liſci. Manū:q̄ tenebat haſtā. Recto: nudato. De mittit ab harmo: ne uenenū illud r̄liquū corpꝯ cor rūperet. Exēplūq; ſui.ſ. ſpectabat manū morientē qđ rxēplū erat mortis futuræ:quēadmodū manus illa moriebat:ita reliquū corpus moriturū eē. Tu tus.ſ.mortis. Quis fata pu. nūc dicit ſcorpionē uī etiā leti habuiſſe:qđ uix credibile uideat: ſed regio arida facit: ut uī maiorē habeat q̄ hēt.ille igit nihil omnino uiriū habuit ī occidēdo milite: q̄ ſcorpius ille quē diana aliq̄do īmiſit orioni:ut īiuriā ſuā ulci ſceret: qđ ſe ille de ſtupro īterpellauerat. ſic enī in fabulis ē orionē fuiſſe uenatorē celeberrimū: & Di anā q̄ & ipſa uenatrix eſt ī ſyluis aliq̄do īterpellaſſe de ſtupro:illa irata ſcorpionē affixit fœmori eius cu ius morſu īteriit orion: & ī ſignū cœleſtæ trāſlatus ē. Scorpiō de.græ.ſūt q faciāt differētiā īter ſcorpi onē & ſcorpiū: ut ſcorpionem uelīt aīal terreſtræ: ſcorpium autem cœleſte. Fata.i.ui fati.i. mortis. Teſte cælo:quia cælum teſtis eſt uictum a ſcorpio ne fuiſſe orionem: hoc etiam tempore ſæuire cæ pit in aphrica: tunc cum militem occidit romanū Quis.c.tu.qd dixi de ſcorpione: cū ēt Salpix ſerpēs id facere potuerit.ſ.inferre mortem:eſt autē Salpix teres ſerpens & oblongus ī tubæ modū nam σαλ πιξ græ.tubam ſignificat. Salpiga:actūs græcus ē Quis metuat:quaſi dicat nemo. neque enī magni tudinem habes: ut quis mortem a te metuere poſ ſit. Et tibi dant:tamen tu quoque uim mortis ha bes. Ius:poteſtatē mortis. Sorores:uidelicet Clo to:Lacheſis Atropos.In.ſ.ſ.rūpēda. Sic n.cl.d.hoc pacto īqt milites Cat.die noctuq; ī piculo & diſcri mine ſalutiſ uerſabant. Suſpecta:qa iacētes etiā ut quieſcerēt & ſōno corpus recrearēt:nō nūq̄ uenena bant a ſerpentibus. Frōdes:illic nec arbores frōde ſcunt nec etiā terra ſegetes gignit.nō ergo frōdibus aut culmis thoros ſibi parare poterāt: Cōgeſtæ:in unū cumulatæ. Culmis: Paleis. Expoſiti corpo. ideſt habentes corpora expoſita fatis.i. morti. Voluunt:deuoluunt hūi iacentes. Calidoq; ua.qa dormientes caleſcunt: & ſerpentes qui humore nocturno frigidiores erant an calorem dormientium ſe recipiebant: inde ſumpto tepore ac calore, tepefacti reddebantur nocentiores. Innocuos: quia nimio frigore torpebant. Fouent: calefaciunt. Torpente:ſcilicet frigore & humiditate. Nec quæ menſu ra:nec poterant ſcire ubi eſſent: nec quantum itineris ſupereſſet. Modus: ideſt finis. Querentes:ꝑ conquerentes. Clamant red. theſſaliam q̄ſumus o ſuperi: ut ſtatuatis nos in theſſalia. Patimur cur. dolet quod moriantur effœminate nimis: uidelicet ꝙ mors ſua ſit iners & inutilis. Segnia: inutilia nos ſumus. Iurata manus in gladios: qui iureiurando aſtricti ſumus in manu Catonis: ut moria mur pro libertate: & rei publicæ cur inutiliter perimus? Ceraſtæ: ceraſtæ cornuti ſunt ſerpentes.

Ecce procul ſæuus ſterilis ſe robore trunci
Torſit:& emiſſit iaculū uocat aphrica ſerpens
Perq; caput pauli tranſiectaq; tempora fugit
Nil ibi uirus agit. rapuit cum uulnere fatum
Depreſum eſt quæ fūda rotat:q̄ lenta uolarēt
Quā ſegnis ſcythicæ ſtriderēt arundinis aer
Quid ꝓdeſt miſeri baſiliſcus cuſpide murci.
Tranſactus uelox currit per tela uenenum
Inuaditq; manum quam protinus ille retecto
Enſe ferit.totoq; ſimul demittit ab armo.
Exemplarq; ſui ſpectans miſerabile læti
Stat tutus pereunte manu.quis fata putaret
Scorpion.aut uires maturæ mortis haberet?
Ille minax nodis.& recto uerbere ſæuus
Teſte tulit cælo uicti decus orionis
Quis calcare tuas metuat? ſalpiga latebras
Et tibi dant ſtygiæ ius.in ſua fila ſorores.
Sic nec clara dies nec nox dabat atra quietem
Suſpecta eſt miſeris:in qua tellure iacebant.
Nam neq; congeſtæ ſtruxere cubilia frondes
Nec culmis creuere tori:ſed corpora fatis
Expoſiti:uoluuntur humo:calidoq; uapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore peſtes.
Inuacuuoſque diu ritus torpente ueneno.
Inter mēbra fouent:nec quæ menſura uiarū:
Quiſq; modꝯ norūt cælo duce: ſepæ q̄rentes
Reddite dii clāāt miſeris quæ fugimus arma
Reddite theſſaliam:patimur cur ſegnia fata
In gladios iurata manus? pro cæſare pugnāt
Dipſades:& peragunt ciuilia bella ceraſtæ.

Ire libet.: qua Zona : ut has peſtes uitemus parati ſumus ire uſq; infrigidã zonã: ubi ſol nunquã ſuis ra diis illuſtrat:aut in torridam zonã:ideſt aut calore:aut frigore melius peribimus q̃ ſerpentũ ueneno:id.n. nobis tollerabilius erit. Rubeus:ideſt torrida zoma. Axis:uidelicet arcticus. Inuſtæ : non uſtus:uideli cet in frigidã zonam. Aethereis cauſis:uel frigoris uel caloris. Cœlo: ideſt propter cælũ. Nil aphrica de te querimus:uidelicet ꝙ pepereris hos ſerpentes:nã orbis terrarũ partem hanc delegiſti:quæ ab humano cultu remota eſſet:& nos in uita noſtra huc iter intendimus:nobis ergo culpa omnis aſcribenda eſt. Tot monſtra ferentẽ:& ideo hãc partẽ orbis ab homini bus ſeperaueris nos. cũ periculo noſtro petiuimus. Gentibus:humano cultui. Impatienſq; ſolũ:& ter ram ſterilẽ eſſe uoluiſti: ne quis in ea præter ſerpen tes habitaret. Dãnaſti:ſerpentibus iſtis. Cultore negato:ideſt agricola unum ſequitur ex reliquo:qa ibi ſegetes non gignuntur. ergo nec agricolæ ſunt. Nos uenimus:ſpõte noſtra in hæc pericula:ergo cri minandi ſumus nos. Tu quiſquis:pro quicunque deorũ es. Accipe pœnas :uidelicet noſtræ temeri tatis : ꝙ te inuito in hanc partẽ uenimus periculoſã hominibus. Comercia noſtra: ideſt conſortia : qa nolebas ut cũ his regionibus comercia haberemus & nos te inuito hoc fecimus. comercia proprie ſunt q̃s græci κοινωνίασ : uel συναλλασ appellã .i. cõer catões. Hinc:ab una parte. Torrente plaga:a fer uenti zona. Dubiis:incertis ſyrtibus:uidelicet per quas nauigari non poteſt. Medio limite: poteſt in telligi etiam:quia ſubiecta erat meridionali:qui cir culus eſt in medio ſpæ. Vel limite:ut mihi plac& ſcilicet huius regionis. Per ſecreta .i. per remota ſo litudinis tuæ loca. Ciuile bellum: uidelicet nos ci uilis belli milites. Receſſus: ideſt tuæ ſolitudinis. Arcani orbis:quem tu ſecretum eſſe uolebas miles pedibus calcat :merito ergo pœnas dedimus & da mus. Premit:calcat. Clauſtra:quæ tu clauſeras hominibus. Forſan maiora ſuperſunt : cõqueſtio eſt militum catonis: qui conquerebantur ꝙ in hæc diſcrimina ueniſſent : & tamen huius temeritatis culpam nulli præter q̃ ſibi ipſis aſcribendã eſſe. nũc autẽ dicit quod eſt quaſi cõſolatiõis maiora fortaſ ſe pericula inſtare ſibi ſi ſtudeant ulterius prodire. nam uidebantur ſol meridiem uerſus coniungi cũ fluctibus maris. nam haud procul eſſe uidebatur:& ideo metuebant: ne ſi in eam regionem deferẽtur ni mio ſolis ardore exurerentur:ſed dicunt nullam regionem ſibi non lõgiorem uideri q̃ in qua iuba rex ha bitat. ea.n. ſẽp lõgius abeſſe uĩ. Maiora .ſu.ſ. ſi ꝓgreſſi fuerius. Coeunt i. nã ſicut nobis uĩ ſol cũ flucti bus maris coniungitur. Ignes:ſolis. Coeunt: ꝓ coire & cõiungi uidentur:ſol occidens uidetur oceano mergi. Stridentibus undis:ſcilicet calore ſolis:nam ignis aquæ coniunctus ſtridorem facit. Natura po li:ſcilicet antarctici qui humilis eſt. Premitur:ideſt ſubſider & mari contiguus uidet̃. Sed longius iſtinc. ſed quanquam nobis alia moleſta ſint : id tamen moleſtius eſt quod nunquam uidemur poſſe ad regis iu bæ regionem peruenire. Tellus:ſcilicet ubi regnat iuba. Iſtinc:ꝑa regno iubæ. Quæremus forſitan iſtas:& cum regis iubæ regna conſecuti fuerimus in has regiones ubi ſumus regredi cupiemus : quaſi ſint meliores illis. Habet hoc ſolatia cœlum : tametſi ibi ſerpentes habitent : tamen aura uitalis eſt : ut ani malia uiuere poſſint : ſed illic tanta eſt ſolis exuſtio:ut nec plantæ : nec arbores & multo minus animalia uiuant: Hoc cœlum:ideſt hæc aura cœli. Solatia:conſolationem aliquam. Viuunt aliquid .i. aura ui talis eſt : & ſuſtinet animalia : ut in ea uiuere poſſint. Patriæ non arua : nec quæro Europam : ubi na tus & educatus ſum : ſed quæro aphricæ partem illam : ubi paulo ante fuimus : ſignificat etiam aphri cæ partem : ubi Gneus pompeius cum claſſe relictus fuit haud procul a cyrenis. Patriæ non arua req̃ ro : ſcilicet urbis romæ. nam in Europa ſumus. Alios ſoles : uidelicet mitiores auras cœli. Qua te parte poli aphrica : quaſi hæc non uideatur Aphricæ pars : ubi nunc poſiti erant. Poli : cœli. Tellu re reliqui : ideſt reliq eã partẽ Aphricæ:ubi Gn. põ. relictus erat & declarat. Cirenis:iuxta urbẽ cirenaꝫ.

Ire libet:qua zona rubens:atq; axis inuſtus
Solis equis iuuat ætheris aſcribere cauſis.
Quod peream cæloq; mori:nil aphrica de te.
Nec de te natura queror: tot monſtra ferẽtem
Gentibus ablatum dederas ſerpentibus orbẽ.
Inpatienſq; ſolum cereris cultore negato
Dãnaſti:atq; homines uoluiſti deeſſe uenenis
In loca ſerpentũ nos uenuimus:accipe pœnas:
Tu quiſquis ſuperũ comertia noſtra peroſus.
Hinc torrente plaga: dubiis hinc ſyrtibus orã
Abrumpens:medio poſuiſti limite mortes.
Per ſecreta tui bellum ciuile receſſus
Vadit:& arcani miles tibi conſcius orbis.
Clauſtra petit mundi:forſan maiora ſuperſũt
Ingreſſis coeunt ignes ſtridentibus undis.
Et premitur natura poli:ſed longius iſtinc
Nulla iacet tellus:quam fama cognita nobis
Triſtia regna iube:quæremus forſitan iſtas
Serpentum terras:hæc habet ſolatia cælum
Viuit adhuc aliquid:patriæ non arua requiro
Europamq; alios ſolet aſiamq; uidentem:
Qua te parte poli:qua te tellure reliqui
Aphrica:cirenis etiam tunc bruma rigebat.

Exigua uenia legem conuertimus anni.
Imus in aduerſos axes:euoluimur orbe
Terga damus:feriēda noto:nūc forſitan ipſa ē
Sub pedibus iam roma meis:ſolatia fatis
Hæc petimus:ueniant hoſtes:cæſarq́ʒ ſequatᷓ
Qua fugimus: ſic dura ſuos patiētia queſtus
Exonerat:cogit tantos tolerare labores.
Summa ducis uirtus:qui nuda fuſus harena
Excubat:atqʒ omni fortunam prouocat hora.
Omnibus unus adeſt fatis: quocunqʒ uocatus
Aduolat:atqʒ ingens meritum : maiuſqʒ ſalute
Contulit:in lætum uires puduitqʒ gementem
Illo teſte mori:quid uis habuiſſet in ipſum
Vlla lues: caſus alieno in pectore uincit.
Spectatorqʒ docet : magnos nil poſſe dolores.
Vix miſeris ſerum tanto laſſata pericło.
Auxilium fortuna dedit : gens unica terras
Incolit, a ſæuo ſerpentum inoxia morſu.
Marmaridæ pſilli par līgua potētibus herbis

Exigua uenia: nunquid tam breui ſpacio uiæ mutauimus orbem terrarum:ut aliud cœlum hic ſic.ui/
delicet calor:& aliud unde diſceſſimus:uidelicet bruma. Lege anni:ut illic quidem ſit hyems : hic uero
nunc nimis æſtus. nam ſua lege annus continetur. In aduerſos axes:uidelicet ad antipodas : quia ſi ſpa
cœli: uidelicet octaua:quam alii cœlum :alii firmamentum uocant:circuit omnē orbem terrarū. axes he/
miſperii noſtri qui ſuperiores ſunt & hemiſperii inferioris ſunt:quibus ſubiacent ātipodæ. Aduerſus:
nobis oppoſitos. Euoluimur:ex hoc orbe ad orbem antipodū. Terga damus noto:qui flat a meridie
nūc quidē ī oppoſitū flat & aſpirat . at uero cum ad
ātipodas deſcendemus ipſum notū poſt terga reli/
quemus. Sub pedibus meis:ad antipodas fortaſſe
deſcēdemus : ut iā ſub pedibus noſtris poſita ſit ro/
ma. Solatia:unū eſt ſolatiū huius moleſtiæ.ſ. ſi dii
fecerīt:ut nos Cæ.hac uia ſequatur: ut & hoſtes ex/
periātur hæc pericula quæ & nos : experti ſumꝰ.
Fati.i.mortis noſtræ. Veniāt hoſtes:ſuccedāt nobiſ
Sic dura ſuos : his q̄relis nō nihil leuare uidebātᷓ
mala ſua milites. Sic.ſ.his q̄relis. Exonerat: leuat
Queſtus:q̄relas. Cogit tan . ſed cato uirtutis exē/
pla faciebat:ut natura quāuis extrema eſſēt: leuiora
uiderētur : nā quia ipſe fortiter calorē ferebat & pi·
cula omnia : milites ipſius exēplo fortiores erāt.
Qui nu.terrā iacebat etiā ipſe mori cupiebat : & ſin
gulis horis fortunam laceſſebat:quaſi cuperet ſe ad
uerſa fortuna præmi:nā cum ea certabat: nec illi ul
la rōne cedebat. Prouocat:quaſi ad certamē:q: ui/
delicet nō timet ullo fortūæ īpetu ſuperari. Vnus:
ſolus. Omnibus fa.i.mortibus oīum militū aderat
ipſe: & cōſolabatur nūc adhortādo nūc ſeipſum pi
culis exponēdo. Aduolat : celeriter adeſt quocūqʒ
uocatus ē. Atqʒ īgēs meritum .ſ. catonis q omnia
meruerat hic tātū meritū erat:ut uirtutē Catōis: &
merita ſuæ ipſorū ſaluti anteponerēt milites. Maiꝰ
qʒ ſalu.ſ.qꝫ ipſi maioris faciebāt meritū catōis : q̄ ſuā
ſalutē. Cōtulit ī letū uires: hoc ē dedit militibus iā
morīētibus uires: ut faceret eos fortiores ad mortē
Pudeatque gementem: turpe militibus fuit in morte etiam gemere præſente Catone:ne quid facerent
quod indignum eſſe uideretur tanti uiri præſentia. Illo teſte:illo præſente. Quod ius habuiſſet ī ip/
ſum:ſi ipſe Cato cauſa erat:ut prudentia ſua cæteri omnes fortunam aduerſam cōtemneret : quanto ipſe
fortius facere poterat? Lues:peſtis. Exitum:pernicies. Quod ius:quam poteſtatem. Spectatorqʒ
docet:& dū adeſt:& ſpectat pericula:& labores militū ſuorum : facit ut milites ſui omnes labores omnia
pericula ſubſtineant. Nil poſſe:ſcilicet contra uirtutem. Vix miſcens ſecum:poſtquam diu uexati fu
erunt. milites ſerpentibus:calorē: & inedia & cæteris malis:tandem auxilium poſt longum tempus affuit:
nam peruenerunt ad pſillos populos aphricæ.pſilli dicti ſunt quia nimio calore ſolis nudi incedunt: ūde
pſilli tenues : hi populi ſunt intacti ueneno ſerpetū: imo præſentia ſua & carminibꝰ quibuſdā & ſolo aſpe
ctu abigunt ſerpentes:ut non ipſis:ſed nec aliis quidem præſentibus ipſis detrimentum aliquod inferant:
ipſi etiam hoſpitales ſūt:& rectiſſime medentur ſerpentibus: ſi quis uenenatus fuerit.Supra garamantes
pſilli fuerunt teſte ſolino contra noxium uirus muniti incredibili corporis firmitate. ſoli morſibus āgui
um non interibant:& quamuis dente letali appetiti incorrupta durabant ſanitate.recens etiam editos ſer
pentibus offerebant : ſi etiam partus adulterini : matrum crimina plectebantur interitu paruulorum
ſi pudici probe ortos a morte paterni ſanguinis priuilegium tuebatᷓ: pſilli uero : refert Strabo apud cy
renaicam regionem naturalem quandam uim habent contra ſerpentes ſic & Tentrycæ contra croco/
dilos : ut nil ab eis patiantur : ſed intrepide natent & aquam tranent : alio nemine audente. Cunque
crocodili romam allati eſſent ut uiderentur : tentyricæ eos ſequebantur : facta eſt illis piſcina quædam
& foramen in uno laterum : ut ex aqua in apricum egredi poſſent Tentyricæ aderant qui interdum
eos recte educebant ad ſolem : ut a ſpectatoribus uiderentur . ſunt & pharuſiis & nigretibus alii qui
ſerpentū ac piſciū coriis:moluentis ac inſtrūentis utunᷓ. Inoxia:cui nocere nō poſſūt ſerpētes. Līgua por/
tantibus herbis:ideſt carmina eorum quibus ita ſerpentes attonitos reddunt:ut nocere non poſſint. Po
tentibus herbis. Videlicet carminibus herbarum quibus etiam morſibus ſerpentum medentur.

Ipſe cruor tutus:nullumq admittere uirus.
Vel cantu ceſſante poteſt natura locorum
Iuſſit:ut immunes mixtis ſerpentibus eſſent
Profuit in mediis ſedem poſuiſſe uenenis
Pax illis cum morte data eſt:fiducia tanta eſt
Sanguinis in terram paruus cum decidit īfās
Nequa ſit externæ ueneris mixtura timentes.
Letifica dubios explorant aſpide partus:
Vtq iouis uolucer calido cum protulit ouo
Implumes natos ſolis conuertit ad ortus.
Qui potuere pati radios: & lumine recto
Suſtinuere diem:cæli ſeruantur in uſus.
Qui phœbo ceſſere iacēt:ſic pignora gētis
Pſilius habet:ſi quis tactos non horruit āgues
Siquis donatis luſit ſerpentibus infans.
Nec ſolum gens illa ſua contenta ſalute
Excubat hoſpitibus: contraq nocētia mōſtra
Pſillus adeſt populis:qui tūc romana ſecutus
Signa: ſimul iuſſit ſtatui tentoria ductor
Primum:quas ualli ſpaciū cōprēdit harenas
Expurgat cantu:uerbiſq fugantibus angues.
Vltima caſtrorum medicatus circuit ignis:
Hic ebulū ſtridet:peregrinaq galbana ſudant
Et thamaris non læta comis:eoaq coſtus.
Et panacea potens:& theſſala centaurea:
Teucedāūq ſonās flāmiſque ericiaq tapſos.
Et larices.fumoque grauē ſerpētibꝫ urunt
Abrotanum.& longe naſcentis cornua cerui:

Ipſe cruor tutus:neq enī ſanguis ipſorū īfici poterat ueneno ſerpētū ēt ſine carmībꝫ. Admittes:recipe. Vel: p ēt. Cantu:icātatiōe.græci dicūt icātationes qbꝫ arcent ſerpētes: & noxia carmina ueneficarum. Natura loco:q& ſi qs quærat:quæ cā fecit eos a ſerpentibꝫ itactos:dicit ita natura locoq tuliſſe:ut ubi nati & geniti ſūt:ibi ui nullā ſerpētes habeāt. Profuit ī mediis: pfuit ipſis:ut ī media illa regiōe habitēt:ubi ſerpentes naſcunt:qa cōſuetudo ui maximā habet:ab aſſuetis nō fit paſſio:ut inqt philoſophus. Pax illis:pacē ipſi cū morte iūxerūt:fiducia ipſorū tanta ē:ut ēt cū morte pacē habere confidāt. Sāguinis.i. generis ipſorū. In terras paruus:ſcis quomō experiri uolūt: nūqd filii de ſuo noīe nati fuerīt:ne fortaſſe uxores cōtra fidē ſuā aliqd cōmiſerīt: ſimul ac nati ſūt filii eos ad ſerpētes differūt:ſi ſui fuerīt ſerpētes: nocere nō poſſūt: ſi alienigenæ eſſēt a ſerpētibꝫ morderēt. Aſpide:q maiorē ui ueneni cæteris ſerpētibꝫ habet. In terras:qa nō habēt thoros qbꝫ incūbēt ēt pui:ſed in nuda terra. Extrenæ nenēis.ſ.ne fidē matrionii uiolauerīt uxores. Vtque iouis uolu. p ſimilitudinē oſtendit quomō pſilli filios ſuos experiant: nunqd ſanguie ſuo geniti ſūt quēadmodū inqt aqla pullos ſimulatq ex ouis ptulerit ſtatī ad radios ſolis cōuertit:& q acie oculorū: lumē ſolis ſuſtinere poterīt eos cōſeruat: reliquos āt abiicit qſi nothos & minime ſui generis. Protulit: eduxit ex ouis ea fouēdo. Calido ouo.ſ.qd fouerat ātea. Implūes:ſine plūis. Pati.ſ.acie oculorū. Lumine recto: ītentis oculis. Diē.i.ſolē a præcedēte qd ſeqt:nā præcedit ſol & ſeqt dies. Seruant:ad uolandū. In uſus cæ.ad uſū aeris. Qui phœbo ceſ.i.q uicti ſūt nimio ſplēdore ſolis. Iacēt:qa aqla detrudit eos ex nido. Sic: eodem modo:ordo ē.ſic pſillus hēt pignora gentis. Vt: p ſicut uolucer auis &c. Nō horruit:nō timuit āgues adiunctos infans cum primum natus eſt. Non ſolū gens: non ſatis eſt q ipſi ſint incolumes a ſerpentibus: imo etiam ſaluti hoſpitum diligentiſſime conſulunt. Hoſpitibus: ad ſalutem hoſpitū

Populis: ſcilicet aduenis qui ad regiones ſuas applicuerunt. Contra noſtra monſtra: ideſt contra nociuos ſerpentes. Secutus ſigna: Quia cum militibus ſequebantur catonem. Statui: figi. Harenas: Quia harenoſa eſt libye. Spatium ualli uidelicet ſpatium quantum circundatur primum expurgat quomodo. Cantu: incautationibus.

Verbiſque fugantibus: Declarat quod dixit cantu. Verbis: incantationibus. Vltima: extremitatem caſtrorum ſuffumigabant igne: & qua ſuffimigatione uterentur deſcribit. Hic ebulum ſtridet: hæc genera arborum Nycander in pharmachia ſua ponit:quæ ſunt optima ad repellanda uenena: quibus nunc utebatur pſillus: ut caſtra romanorum militum tutiora redderet a ueneno ſerpentum. Hic: in hoc igne. Ebulum: Quia comburebat has herbas: ut odore & nidore ex ipſis herbis erumpente fugarentur angues: inter quas herbas ebulum fuit. eſt autem ſpecies herbæ:quæ uulgo inuenitur: & naſcitur in ripis fluuialibus. Vrgilius: Sanguineis ebuli baccis. Peregrinaque galbana ſudant: ſcilicet ipſis: quia apud eos non naſcitur. Thamaris non læta comis: eſt arbor ſine ramis: ideo non læta eſt comis. Coſtus: aromatica ſpecies eſt. Et panacea potens: Quia omnibus morbis medetur: propterea appellatur panacea παν quod ſignificat omne ακεο ακοσ:ideſt medeor.

Theſſalla centaurea: quæ in theſſalia naſcitur. Peſcedon: eſt amariſſima herba: nam peſdonos ſignificat amarum. Ericinaque tapſos: quæ naſcitur in eryce monte ſiciliæ. Larices: genus herbæ

Fumoque grauem ſerpentibus urunt: præterea urunt abrotanum: nam abrotani fumus eſt inimicus ſerpentibus. Longe: procul ab aphrica naſcentis: ſicut ſupra peregrina galbana dixit.

Atqꝫ hæc dicta monet famulos perferrē fideleſ
Ad pompeianæ ſocium ſibi cædis achillam:
Quem puer ībellis cūctis præfecerat armis
Et dederat ferrum nullo phœbi iure retento
In cūctos īſeque ſimul:tu mollibus inquit
Nunc incumbe toris:& pingues exige ſōnos.
Inuaſit cleopatra domum:nec prodita tātū ē
Sed donata pharos:ceſſas accurrere ſolus
Ad dominæ thalamos.nupſit ſoror īpia fratri.
Nam latio iam nupta duci eſt.iterqꝫ maritos
Diſcurrens ægypton habet:romāque meret̄

Monet: admonet: Famulos fideles. Quibus arcana committere ſolebat: puer imbellis.aut quia bellis minime idoneus ſi una dictio eſt:uel in bellis ideſt ad bella peragenda:ſi duæ partes ſunt. Et dederat ferrum nullo phæbi iure retēto:Vires omneſ totius regni huic achillæ permiſerat:ut non in alio ſolum: ſed in ipſo iuſſuum ac poteſtatem haberet.

Ferrum: ideſt totius regni opes in poteſtate tenebat. Tum mollibus inquit: Ecce dicta quæ nunc mandat ad Achſllam referri. tu nunc inquit ocio te dede o ſegnis achilla cum interim cleopatra regnū occupet: quam ante conſilio noſtro e regno ptholemæus eiecerat: ea nunc blanditiis ſuis: non regem modo: ſed Cæſarem quoque irretitum tenet. Et molles exige ſomnos: Conceſſio eſt color rhetoricus: quum id negamus: quod maxime concedere uidemur: & interſerimus etiam aliqua uerba: quibus etiam ſenſus noſter appareat. Dede te inquit ocio: & interea regnum Cleopatra occupauit. Molles: non tenues & exiles: ſed profundos ſomnos. Cleopatra domum: quam conſilio noſtro rex paulo ante e regno eiecerat. Sed donata pharos ceſſas accurrere ſolus: iam pharon cæſar Cleopatra donauit: & eam cum fratre conciliauit. Pharos: ideſt ægyptus. Ad dominæ thalamos: ut eam cum rege opprimas. Nubit ſoror impia fratri: poſtquam adulterium cum cæſare commiſit: nunc ad uirum ſuum redit: uidelicet fratrem:nam & ſoror erat & coniunx inſtar iunonis. Soror:cleopatra.

Nā latio:poſtquam cæſar ex cleopatra uoluptatē cœpit:eam nunc fratri coniungit. Interque maritos nunc ad Cæſarem nunc ad fratrem. Habet ægypton: Accuſatiuus græcus eſt. Romamque meretur:ideſt ſperat: quia iam ſperat romam: poſtquam ſemel Caium Cæſarem blanditiis ſuis pellexit.

Expugnare senē:argumētū ē a minori ad maius:cleopatra ſi iā cæ. puectioris ætatis ī ſuos incitauit āplexus multo magis decipere poterit puerū ptholemæū. Senē: cæ. Venenis.ſ.amoris:& recte uenenis dixit nā uenenū dr̄ ꝙ p uenas īgrediat̄.nā medullas:calefacit amor: ſic ēt uenenū hauſtū p uenas diſcurrit. Vir. Vulnus alit uenis & cæco carpit̄ igni. Crede:cōfide cōſtantē fore puerū:q̄do uictus ē ēt cæ. Quē ſi mox: nā ſi una nocte cleopatra cū rege cocubuerit: nō dubiū ē qn caput tuū meūq; obtruncare obtineat a fratre quorū cōſilio ſcit ſe a fratre de regno pulſā fuiſſe. Quē.ſ.puerū.ordo.a.illa.ſ.cleopatra donabit meū tuūmq; caput illi īter ſigula oſcula: ſi iūxerit quē & illū &c. Amplexus:accuſatiui caſus ē. Inceſto:nō caſto:qa iā ſe miſcuerat cū cæſare. Hauſerit:accepit Obſcœnū:turpē. Titulo:ſub titulo & nomine pietatis. Oſcula.ſ.quotiēſcūq; oſculabit̄ eū nomine pietatis meū tuūq; caput adultero.ſ.ptolemæo. Crucib9 flā.& ita ſoror placuerit fratri:nos uel tollemur ī cruce:uel igne cōburemur: Nō diſcedit lucanus ab hiſtoria:Cæ.enī Alexādriā cū ueniſſet: Teſte Apiano:ab regiis miniſtris benigne receptus eſt & diſputantibus philoſophis ī multitudine præſēs aſtitit:Adſiſtente uero exercitu Photinū quidē & achillā ob ea quæ in pō.ppetrauerūt morte mulctauit.Teodotū demū fugientē Caſſius cū in aſiā ueniſſet cruce ſuſpēdit: Tumultu ob hāc rē inter Alexandrinos orto cū r̄giū exercitū ī illū cōcitaſſēt plurib9 ꝑliis circa regiam:& in maris litrore certatū eſt:quo in loco cū in mare deſiliiſſet.& in ꝓfundo aliq̄diu enataſſet. Alexandrini ueſtē ab eo ademptam in tro phæi modū erexere: poſtremo iuxta nilum cū rege certamē iniit:ī quo uictoria ſuperior euaſit īter hæc per nouem menſes commoratus:tādē Cleopatram fratris loco regnum iuſſit obtinere:p Nilum quoq; quatercentis nauibus aduectus quo regionem perluſtraret oculis cum cleopatra ſimul adiit: multaq; alia ut illi obſeq̄retur effecit. Luemus:penas dabius Fuerit formoſa:ideſt ſi placuerit: a præcedente q̄d ſequitur:nam quæ formoſæ ſūt placere conſueuerūt Nil undique.r.nil ſupereſt inquit nobis quo cōfugiamus:nam hinc a rege inde a Cæ. opprimimur niſi nobis ſalutiq; nr̄æ conſulamus: Hinc:ex una pte. Cōiunx.i.rex ē. Hic:ax altera pte cæ. Vt fatear:ut uerū dicā. Sōtes:nocētes:qa culpa noſtra ē. Quē nō:q̄ſi dicat oēs. Nocentē:tota culpa nobis ē attribuenda:qa eā intactā reliqmus:nā & noſtros appetebat ipſa concubitus. Parte:ordo ē. Oro te p nefas q̄d una fecimus:& una pdidimus:& oro te p fœdus ictū ſanguine magni. Ades:ꝓ adſis. Et mollire: bellū ſubito tumultu. Irrue: rūpamus nocturnas tædas funere:& mactemus dominā crudelē in ipſis toris cum quocūque uno. Quod fecimus.ſ.occiſo pō. Perdidimuſq; n.niſi conſilio noſtro ꝓuideamus. pdidim9 nefas illud:quia nihilominus a Cleopata & a ptholemæo uel cæ.oppimemur. Ictū fœdus:queādmodū pcuſſa porca fœdus iungit̄:ita pcuſſo pompeio dicit̄ fœdus ictum eſſe īter eos. Molire:ideſt fac.ut moliri ue morā & ueniendi poſcere cauſas. Irrue:inuade. Tedas:nocturnas nuptias. Funere:ideſt cæde. Crudeleque toris:& Cleopatrā impiam in ipſo toro occidamus. Quocunque uiro : ſcilicet Cæſare uel Ptholemæo. Nec nos.d.a.nec nos terreat magnitudo cæſ.qui cum p̄ſtet ominibus ducib9: ut iam fama ſui nominis totū orbem terrarū impleat:tamen & nos quoq; eadē gloria efferre poteſt:q̄ ſuſtulit Cæſarem quod ita ſit ꝓbari poteſt:occidimus enim Pompeiū qui cæſari par erat:poterimus & ipſū Cæſarem occidēre:non ergo deterreat nos magnitudo cæſaris. Fortuna:ſcilicet fœlici. Ducis:cæſaris. Auſis:ab īceptis. Communis gloria:eadē gloria q̄ accidit cæſari poteſt nos quoq; magnos facere:ergo eſt communis: ſicut ille uicit pōpeiū.& nos occidamus:quaſi dicat maius fecimus. Nos quoq;: quia ſicut uictus pōpeius magnum fecit Cæſarem:idem occiſus.nos quoque facit ingentes. Littus:appo.ſpem ulli occidimus Pompeiū ſperare nos facit poſſe etiam occidi cæſarē. Pollutos:ſanguine pompeii. Conſule: quære ex illo ſanguine:quo polluta eſt unda maris noſtri quid liceat nobis. Tumulum:pompeii. Puluere paruo:ut nec corpus quidem plene tegere poſſet:uel quod melius eſt quia caput a reliquo corpoꝛ ſepatū erat.

Expugnare ſenē potuit cleopatra uenenis
Crede miſer puero:quem ſi nox iunxerit una
Et ſemel amplexus inceſto pectore paſſus
Hauſerit obſcenum titulo pietatis amorem
Meq; tuum caput per ſingula forſitan illi
Oſcula donabit:crucibus flammiſq; luemus.
Si fuerit formoſa ſoror:nil undiq; reſtat
Auxilii rex hinc coniunx: hinc cæſar adulter
Et ſumus ut fatear tam ſæua iudice ſontes
Quem non ex nobis credit cleopatra nocētē
A quo caſtra fuit? parte quod fecimus una
Perdidimuſq; nefas:pq; ictū ſanguie magni
Fœdus ades:ſubito bellum mollire tumultu
Irrue nocturnas rumpamus funere tædas.
Crudelemq; toris dominā manemus in ipſis
Cum quocūque uiro:nec nos deterreat auſis.
Heſperii fortuna ducis: quæ ſuſtulit illum
Impoſuitque orbi communis gloria nobis
Nos quoque ſublīes magnus facit aſpice litt9
Spem noſtri ſceleris:pollutos cōſule fluct9.
Quid liceat nobis? tumulūque e pulueř puo
Aſpice pompeii non omnia membra regentē.

Quē metuis:o ſtulte Achilla:cæ.quē metuis erat par pō.quē occidimus. Nō ſanguine clari:reſpōdet ta
citis obiectionibꝰ:nā ſi qs obiiceret nos ignobiles eſſe:& humilitatē ſāguinis nobis obſtare:ne rē tantā au/
demus:dico nihil itereſſe nr̄a:nullius enī magnis opibus:aut regnis po.nobis opus ē ad hāc rē adoriendā:
nā fortuna ipſa nobis:ſicuti antea pō.ita nūc cæ. obtulit:ut nullius auxilio idigeamꝰ ad rē pficiendā. Nō
ſāguine clari.ſ.ſumus dicet aliqs. Clari:nobiles. Quid refert:q̄ſi.d.nihil itereſt:nobiles ſimus:an ignobi
les:dūmōdo fortuna nobis ſecūda ſit & faueat. Nec opes po. ſūt neceſſariæ:ſed ipſe ſe ultro offert nobis
hoc fortuna faciente. Ad ſcelus igētes.ſ.facti ſumꝰ
poſtq̄ ſemel occidimus pō. Attrahit:offert. Alte
ra ui.uidelicet Cæ.quē quaſi uictimā occidamus.

Quē metuis par huius erat:nō ſanguīe clari
Quid r̄fert nec opꝰ populorū: aut regna mo
Ad ſcelꝰ igētes facti ſumꝰ attrahit illos uemꝰ
In noſtras fortuna manus en altera uenit
Victima nobilior:placemus cæde ſecunda
Heſperias gētes : iugulus mihi cæſaris hauſtꝰ
Hoc præſtare poteſt pompeii cæde nocentes.
Te populus romanꝰ amet: quid nomina tāta
Horremus:uireſq; ducis quibꝰ ille relictis
Miles erit?nox hæc peraget ciuilia bella
Inferiaſq; dabit populis:& mittet in umbras
Qđ debetur adhuc mundo caput:ite feroceſ
Cæſaris in iugulum.præſtet lagea iuuentus
Hoc regi:romana ſibi:tu parce morari.
Plenū epulis madidūq; mero uenerīq; paratū
Inuenies:aude:ſuperi tot uota catonum
Brutorumq; tibi tribuent: non lentus achillas
Suadenti parere nefas: haud clare mouendis:
Vt mos ſigna dedit caſtris:nec prodidit arma
Vllius clangore tubæ.temere omnia ſæui
Inſtrumenta rapit belli.pars maxima turbæ
Plebis erat latiæ.ſed tanta obliuio mentes
Cœpit in externos corrupto milite mores.
Vt duce ſub famulo uſuq; ſatellitis irent
Quos erat indignum phario parere tyrāno.

Placemus cæde: pſiſtit i tranſlatione qa uictimā ap
pellauit cæ.nā ſicut uictimis placanᷣ dii:ita cæde pō
peii & cæ.placabimus Italiā:q; eam his occiſis tyrā/
nide liberaſſe uidebimur. Cæde ſecunda.ſ. Cæſ.
Heſperiæ gentes:liberando eas a ſeruitute atq; tyrā
nide. Iugulis.m.c.h.occiſo cæſ.ueniam a po.ro.īpe
trabimus q; pom.occiderimus. Quid nomīa tāta:
fulgor omnis cæſ.non debet nos deterrere a ꝓpo/
ſito noſtro & ſi uires magnas habeat & exercitus in/
gentes:tamen ſi a ſuis militibus deſtitutus fuerit.i/
perare deſiſtet:& miles eſſe incipiet. Nomina.i.ful
gorem tantum nominis Cæſ. Vireſq;.d.ideſt ma
gnos exercitus cæſaris ad claſſes. Miles erit: qđ ē
quod magnum faciat cæſ.exercitus & claſſes:ſed ſi
deſtitutus erit ī numero militū habebiᷣ. Nox hæc
& breui ſpatio tēporis poterimus cæ. in noſtra po/
teſtate habere uidelicet hac una nocte. Peraget:p
ficiet. Ciuilia bella.ſ.occiſo cæſ. Inferias: expiatio
nes piacula:quæ exhibenᷣ mortuis. Populis:quos
in pharſalia proſtrauit. Caput:cæ. Debet:obliga/
tum eſt:quia iniuria affecit orbem terrarū. Ite fe
roces:o Achilla & milites tui. Ite:uenite: nā ipſe e
rat cū rege apud cæſ. Lagea:ægyptia. Romana ſi
bi: qa Ro. milites adhuc militabant & ſtipēdia faci
ebāt ſub rege Ptholemæo ex his q a Gabinio relicti
fuerant:tū cū ipſe regē Ptholemæum in regnum re
ſtituit:& hi prius ſub pom.militauerāt. Hoc:ui/
delicet iugulum cæſaris. Regi:quia occiſo cæſare
Rex ſuum regnum obtinebit. Sibi:ad utilitatem
ſuā Tu pce.m.a facili arguit: nā cū grauis ſit cibo &
potu cæ.facile erit illum opprimerᷣ īprouidum.
Parce morari:ideſt noli tardare. Madidūq; mero:
ebriū. Venerīq;.ſ.adulterio cleopatræ. Aude ſupe
ri:unum tibi neceſſariū ē ſ.audere:ſicut auſus fueris cætera:diis uolentibꝰ ultro ſequenᷣ. Tot uota:ex/
audient dii uota catonū:uota brutorū:& totius ſenatus:q rempublicā uult eſſe ſaluā. Tibi tribuēt.i.pre
ces Catonū:ac beatorū tibi fauebūt. Nō lentus achillas: nunc dicit quomodo mandatis photini Achil
las paruerit. Sudāti:photino. Haud clara:ne forte ex audito tubarū ſonitu ſuſpectus eſſet. Nec ꝓ
didit arma.ſ.moueri non indicauit exercitū:nā ſi tubaꝝ ſonitum audirent ſuſpitionem induiſſent. Te
mere:ſine ullo ordine non dato ſigno:unum ſequitur ex reliquo: nam quia nō ſigna dedit:ideo nullo or
dine ſecuti ſunt milites. Inſtrumēta:uidelicet arma:uiros:equos:& quomodo genere militum uſus fu/
erit declarat. Pars.m.t.plebs:ideſt ex plebe italica:quia ex delectibus italiæ:pars magna militū erat:quā
apud regē Gabinius reliquerat. Sed tanta ob.mentes:& reſpondet ad illud quod occurebat:quomodo ſi
itali erant pati poterant militare ſub ſatellitibus regis?uſque adeo inquit erant corrupti milites Roma/
ni: ut ut iam æquo animo ſub eiuſmodi ſatellitum imperio militarent. Obliuio: obliti erant ſe roma
nos & italos eſſe. Corrupto in mores: dedignari debuerant inquit etiam ſub Rege ipſo militare &
nunc æquo animo militabant ſub ſatellite regio. Mores: quia diu apud Aegyptios permanſerant: &
externis moribus corrupuerant animos. Sub famulo:ideſt duce achilla. Indignum phario: indignū
fuiſſet:ſi ſub tyranno:ideſt rege Agyptio militarent:quanto ergo īdignius militare ſub Satellite regio.

Nulla fides:nec ius diuinum:nec ius humanum colunt milites:nil ſanctum: nil inuiolatũ eſt apud milites:ſed eos ſequuntur:a quibus plus acceperint. Nulla fides:nullũ iuſiurãdũ:nulla pietas:nulla religio eſt illis. Venales manus:Quia qni plus dederint hos ſequũtur:& declarat. Ibi fas.Oia licent militibus qui maximã mercedem appetunt. Merẽt: militant. Paruo:ſi magnũ æs acciperẽt nõ potuerit. Iugulumque in cæ.hoc eſt nõ patiũtur cæſarem iugulare ad utilitatẽ ſuam ut ſe liberos faciant:ſed ut regi ægyptio gratum faciant. Nõ dant:nõ cõcedunt. Proh nefas:p exclamationẽ irrumpit in cõqueſtionẽ.nam de diis q̃ritur ꝙ ubicunque bella ciuilia fieri uoluerunt.nam & milites qui ſub rege ægyptio militabãt romani erant:& ſi procul fuerãt a bellis ciuilibus:tamen fata uoluerũt:ut nec ipſi quidẽ eſſent belli ciuilis immunes. Fas:o ius diuinũ. Vbi non.c.nõ italia ſolum nõ i pharſalia:ſed etiã in ægypto. Vbi nõ:qua ſi dicat ubique. Theſſaliæ ſub acies: quæ ſumpta fuerat a theſſalia i ægypto:nũc paget ciuilia bella.

More fuerit p.i.ſecundũ conſuetudinem patriæ quẽadmodũ ciues romani iſanierũt bello ciuili:ita nũc ipſi inſaniunt. Quid plus.q.d.nõ plus facere potuiſſent.nõ.n.minus hoſtes cæſaris fuerĩt ægyptii occiſo põpeio: q̃ fuiſſent ſi põpeiũ benigniſſime ſuſcepiſſent. Quod debet:qa diu uoluerũt: ut romani oẽs ubicunq; eſſent ciuili ſe bello miſcerent.

Ois.ſ.roma. Dat.ſ.eis uidelic& bellum ciuile.

Vacare.i.uacuam eẽ a bello ciuili. Latiũ ſic ſcindere:conq̃ſtio eſt poetæ:ꝙ dii noluerũt romanos ullos belli ciuilis eſſe imunes: & ſimul etiã grauius fert ꝙ achillas ſatelles regius i officiũ ducis ſucceſſerit & parũ abfuit qn fata ẽt huic uictoriã pſtarent: qđ multo ẽt idignius fuiſſet .Sic:i hũc modũ. Latiũ corpus.i.populũ romanũ: nã latiũ italia appellaẽ:eo ꝙ ibi ſaturnus latuerit:dũ arma filii fugeret: & eſt in italia latium antiquũ quod teſte Solino:antea a tyberis hoſtiis ad uſq; lyrim amnem pertinebat. Romani.ſ.ducis.i.in locũ pompeii ſucceſſit achillas:quod moleſtius fero. Et niſi fata:& hoc etiã multo ẽ itolerabilius ꝙ partes q̃ ſecutæ ſunt ſatellitẽ regiũ pene uictoriã obtinuerũt. Vincẽt:pro uiciſſẽt. Arcẽt:p arcuiſſent. Manus.ſ.ægyptias.i.dii uoluerũt tantũ ſcelus perpeti:ut famuloꝝ manibus occideref cæſar. Aderat ma. nũc deſcribit magnã opportunitatẽ hũiſſe achillã atq; photinũ occidendi ſi occaſionẽ uti uoluiſſent.nũc aũt qa noctem illã ptimuerũt:& ſequẽti die cõſtituerũt iuadere bello regiã:hæc cæſaris cã ſalutis fuit. Vterq;.ſ.achillas & photinus. Maturus:i tempore uenerãt inqt in magnã occaſionem perpetrandi ſceleris: & declarat. Diſtricta:occupata epulis impedita:quia nihil minus metuebant quam bellum quia epulis deditierant. Per regia pocula.i.conuiuio regis. Menſæ incumbere ceruix:id eſt obtruncari cæſar poterat ad menſam. Sed metuunt belli:ſed timuerunt Achillas & photinus ne dum cæſarem occidere uolũt cũ romanis omnibus & cleopatra in ipſo furore ptholemæum quoque regem occiderent.hæc cauſa fuit cur noctem illam præterierint:& in poſterum diem expectauerint. Trepidos: dubios, quamobrem? Ne cædes confuſa:ne dum cæſarem & Cleopatram occidere uolunt: & ptholemæum regem ſuum occiderent. Tanta eſt fiducia: uidelicet ſibi fata proſpera fore: ut uoluerunt raptim nefas perpetrare: ſed conſulto omnia facere. Non rapuere: ſcilicet temere ſine conſilio. Facultas: opportunitas & poſſibilitas quæ dabatur eis: hoc modo præterita eſt. Reparabile damnum:id eſt uiſum eſt poſſibile achillæ atque photino recuperari damnum noctis illius poſtero die. Seruatur pœnas. Quod hac nocte differimus ſequenti luce implebimus. Donata nox Indignum facinus eſt quod in poteſtate photini fuerit uiueret ne an moriretur cæſar. In ortus phœbeios: id eſt in ſequentem diem.

Nulla fides pietaſq; uiris:qui caſtra ſequũtur
Venaleſq; manus:ibi fas ubi maxima merces
Aere merent paruo iugulumq; in cæſaris ire
Non ſibi dant:proh fas ubi non ciuilia bella
Inuenit imperii:fatum miſerabile noſtri.
Theſſaliæ ſubducta acies in littore nili
More fuit patrio quid plus te magne recepto
Auſa foret lagea domus? dat ſcilicet omnis
Dextera quod debet ſuperis:nulliq; uacare
Fas eſt romano: latium ſic ſcindere corpus
Diis placitum .non i ſoceri generiſq; fauorem
Diſcedunt populi:ciuilia bella ſatelles
Mouit:& in partem romani uenit achillas.
Et niſi fata manus a ſanguine cæſaris arcent
Hæ uincunt partes:aderat maturus uterq;.
Et diſtricta epulis ad cunctas aula patebat
Inſidias:poterat cruor per regia fundi
Pocula cæſareus:menſeq; incumbere ceruix:
Sed metuunt belli trepidos i nocte tumultus:
Ne cædas confuſa manu:permiſſaq; fatis
Te ptholemæe trahat:tanta eſt fiducia ferri
Non rapuere nefas ſummi contenta facultas
Eſt operis:uiſum famulis reparabile damnũ
Aptam mactandi dimittere cæſaris horam
Seruatur pœnas in aperta luce daturus
Donata etiam nox una duci uix: atq; photini
Munere phœbeos cæſar dilatus in ortus

UPB

Lucifer a caſ.deſcribit nūc poſteꝝ diē poſtq̄ Achillas cū exercitu ſe parauit:ut Alexādriā īuaderet ac regiā:ubi qete & trāqlla pace qeſcebāt rex cū cæ.ac cleopatra. A caſſia ru.a caſſio mōte qa primū de locis altoribꝰ di es apparet.ē āt caſſius mōs haud lōge a peluſio qđ ē unū ex hoſtiis nli.hic mōs:ut iqt Strabo libro ſextodecimo accumulatꝰ ē ī ꝓmōtorii modū:aqꝫ īops:ī eo magni pō. corpus iacet & iouis caſſii tēplū & nō ꝓcul īde magnus iugulatus fuit ab ægyptiis dolo īterēptꝰ:poſtea ē uia q̄ defert peluſiū. Sole caletē: qa ī meridie poſita ē ægyptus:& cū primū ſol ſuos radios detexerit ſtatī feruet ægyptus: ex quo ītelligi pōt q̄ tū feruet ī meridie. Nō ſpſa.i.nō īordinata. Māiplis:ordinibꝰ: manipli ſūt ordines ī acie ducentorū militū:primo milites cētū manipli cōtinebāt: ſed q̄ prius duplicauerit manipulos: ſicut apud Liuiū eſt fuit Tarqnus ſupbꝰ:q non ſicut in cæteris rebꝰ uitupādꝰ ē: ita nec ī re bellica degenerauit:imo plurimū ualuit:& multa cōtulit ad rē militarem utilia. Vaga:declarat. Sparſa.i.ꝓ ut qſqꝫ uolebat. Iuſtos: integros:ſicut ad ītegros hoſtes ire ſolet:ita r̄cta frōte uenerūt ad urbē. Ruunt: cū impetu inuadebant urbē eo animo:ut etiā bellū ſuſtinerent & inferrent

Lucifer a caſſia proſpexit rupe diemque
Miſit in ægyptum primo quoque ſole calētē
Cum procul a muris acies nō ſparſa maniplis
Nec uaga cōſpicit̄:ſed iuſtos qualis ad hoſteſ
Recta fronte uenit: paſſuri comminus arma
Laturique ruūt:at cæſar manibus urbis
Diffiſus foribus clauſæ ſe porrigit aulæ.
Degeneres paſſus latebras:nec tota uocabat
Regia compreſſo: minima collegerat arma
Parte domus tangunt animos iræqꝫ metuſqꝫ
Et timet in curſus indignaturqꝫ timere
Sic frēit in paruis fera nobilis abdita clauſtris
Et frangit rapidos præmorſo carcere dentes
Nec ſecus in ſiculis furěret tua flāma cauernis
Obſtrueret ſummā ſi quis tibi mulciber ætnā
Audax theſſalici qui nuper rupe ſub hemi
Heſperiæ cunctos proceres aciemqꝫ ſenatus:
Pompeiumqꝫ ducem cauſa ſperare uetante
Non timuit fatumqꝫ ſibi promiſit iniquum
Expauit ſeruile nefas: miraqꝫ penates
Obſtruitur telis quem non uiolaſſet alanus

Paſſuri arma.i.paſſuri cædem ſi opus fuerit. Et laturi.ſ.cædē eo animo ibant ut uel occiderent alioſ uel occiderent̄q hoc animo in bella ruunt:non facile uincuntur. Vt illud:uincitur haud gratis iugulo qui prouocat hoſtē. At cæſar:nūc dicit quid cæſar fecerit & oſtendit ipſū etiā metuiſſe qui ſuperiori tēpore ſemper intrepidus fuerat. Diffuſus:quia non ſatis confidebat ciuibus alexādrinis: ergo clauſis foribus aulæ recepit ſe in regiā: & eam repagulis clauſam corona militum circundat:ut a regia ſaltem ꝓpulſarentur hoſtes. Degeneres:uiles & effœminatas. Vacabat uacua erat. Compreſſo.i.concluſo in anguſtum. Minima collegerat:quia ſe ī īteriorem partem domus recuperat:ut eam cum paucis milibus melius defenderet:nam ſi paruam manum militum per totam r̄giam ſparſiſſet: debiliores fuiſſēt ideo ſe in anguſtū reduxit. Minima arma: pro armatos ſuos qui pauci erant. Tangunt animos:dicit quomodo animus cæſaris diſtrahebatur:nunc quidem timebat: nūc indignabatur ira metuſqꝫ pugnabant inter ſe. Timet in cur.ſ.hoſtiles ad quod dixit metus. Indignat̄qꝫ.ad id quod dixit iræ. Sic.fre.per ſimilitudinem oſtendit habitum animi cæſaris quenadmodum inquit leo cum captus cauea incluſus fuerit indignatur & dentibus frendens uectes & clauſtra caueæ dentibus infringit: ita ſeſe reddebat cæſar: rurſꝰ aliam comparationem ſubiungit: quemadmodum inquit in ætna monte fureret uulcanus ſi cauerna occluderetur:ita in regia cæſar incluſus inſaniebat. Fera nobiliſ.ſ.leo. Frangit dentes:confringit. Nō ſecus:& non aliter o uulcane in cauernis ætnæ fureres:ſi quis forte ſpiramina ipſius montis occluderet:loquitur ſecundum fabulam:quanquam non nulli dicant ibi uere eſſe ſpiramina ditis. Obſtrueret: occluderet. Summam ætnam.i.apicem montis ætnæ unde euomuntur flammæ. ætna Sicilæ mons eſt ſacer uulcano in cuius uertice Solino teſte hiatus duo ſunt:per quos eructatus erumpit uapor.præmiſſo prius fremitu:qui per æſtuantes cauernarum latebras longo mugitu intra terræ uiſcera diu uoluitur: necāte ſe flammarum globi attollunt:q̄ interni ſpiritus antecedunt. Mulciber: ideſt o uulcane. Audax theſ. qui pauloante non timuerat aciem romanam non pompeium ipſum:quamuis deteriorem cauſam haberet: nūc timere cogitur ſeruile bellum:uidelicet quod inferebatur a ſeruis achilla & photino. Nuper.i.pauloante. Rupe ſub hemi.ideſt ſub ſaxo montis hemi:hemus mons eſt theſſaliæ ubi pugna inter cæſarem & pompeium geſta eſt. Cunctos proceres:ideſt omnes principes italiæ qui cum pompeio erant. Aciemque ſenatus: nam ſenatores ferme omnes ſequebantur pompeium. Cauſa ſperare uetante: cauſa deteriore uetante. Fatumque ſibi:ideſt tantum ſibi de fatis ſperabat: ut etiam contra æquitatem uictoriam ſperaret. Expauit ſeruile nefas.i.timuit bellū qđ a ſeruis īferebat̄. Penates regios.i.in regia. Ob ſtruitur telis:ſcilicet ſeruorū. Quem non uiolaſſet alanis:qui non timuiſſet ferociſſimos orbis terrarum populos:nunc timuit ſeruos. Alanus:alanus fluuius eſt ſcythiæ:a quo alani populi dicti ſunt ferociſſimi.

Nõ ſcytha nõ fixo qui ludit i hoſpitẽ maurus
Hic cui romani ſpacium non ſufficit orbis
Paruaq; regna putat tyriis cum gadibus idos
Ceu puer in bellis uel captis fœmina muris
Quærit tuta domus:ſpẽ uitæ i lumine clauſo
Ponit:& incerto luſtrat uagus atria curſu.
Non ſine rege tamen:quem ducit in oia ſecũ
Sumpturus pœnas:& grata piacula morti:
Miſſuruſq; tuum:ſi non ſint tela nec ignes.
In ſãulos ptholemææ caput ſic barbara colchis
Creditur ultorem metuẽs regnique fugæque
Enſe ſuo fratriſque ſimul ceruice parata
Expectaſſe patrem:cogũt tamen ultima rerũ
Spem pacis tentare ducem:miſſuſque ſatelleſ
Regius: ut ſæuos abſentis uoce tyranni
Corriperet ſãulos quo bellũ auctor mouerẽt
Sed neque ius mũdi ualuit nec fœdera ſãcta
Gentibus:orator regis paciſque ſequeſter
Aeſtimat i numero ſcelerum ponenda tuorũ
Tot mõſtris ægypte nocẽs: nõ theſſala tellus
Vaſtaque r̃gna iubæ nõ põtuſ & impia ſigna
Pharnacis:& gelido circũfluus orbis hibero.
Tãtum auſus ſcelerum nõ ſyrtis barbara q̃tũ
Delitiæ fecere tuæ premit undique bellum.

Scytha:ſcythæ bellicoſiſſimi populi ſunt.In curribus degẽtes a ſcapio mari incipiẽtes ad dextrã nauiganti Europæ cõtinui ſunt ſcythæ & ſarmatæ:qui iter tanaim & mare hoc hitant magna ex pte Nomades ad leuam ſunt ſcythæ:qui teſte Strabone libro undecimo ad oriẽtem ſpectant:atq; hi Nomades uſq; ad oriẽtalem idorũ mare græci ſcriptores uniuerſos ſeptẽtrionales olim ſcythas & celtoſcythas appellabant. Maurus i hoſpite:Violator hoſpitũ qui pro ludo hẽt ſagittis figere hoſpites:q̃uis crudeliſſimus ſit tamẽ nõ incuſſiſſet Cæſari timorẽ ac terrorẽ. Hic cui ro.pergit deſcribere fortunæ mutabilitatẽ:Cæ. inquit qui animo ſuo totũ terrarũ orbem cõplexus fuerat:Quærit nũc anguſta loca domus ubi incluſus piculũ fugiat ꝗ ab Achilla miniſtro Regis iminebat. Indos orientẽ. Tyriis gadibus.i.cũ occidẽte & longe repetitũ eſt epitheton. Nã tyriis dicit.i. hercules:nã tyrus eſt urbs phœniciæ:de qua miſſus a patre Agenore Cadmus i Boetia ædificauit urbẽ Thebanã:ex hac urbe natus eſt Hercules:ergo gadibus tyriis.i.cũ gadibus fixis ab Hercule thebano: quã urbem qui de tyro uenerunt cõdidere. Indos: id eſt q̃ inter orientem iacet & occidentem.hic nũc quærit. Ceu:ueluti fœmina.quæ capta urbe ſecretiora domus loca quærit ubi lateat:ita nũc Cæ.

Spem:uitæ.ſ.ſperat:ſi in ſecretioribus ptibus latuerit. Vagus:errãs:icertus quid ageret ut fœmina. Luſtrat:circuit. Nõ ſine rege: & quocũq; ibat ſecũ ducebat Regẽ quaſi obſidẽ:ut ſi qd in ſe conſulerẽt Aegyptii:ipſe occideret Regẽ:& illius cæde ſuum exitiũ cõſolaretur. In oia.ſ.picula ſumpturus pœnas.ſ.de Rege:ſi forte Achillas cũ exercitu ipſũ opprimeret .Morti.ſ.ipſius Cæſaris ſi moriendum erat. Miſſuruſq; tuũ:& te ducebat o Ptolemæe ut ſi alia tela deſint tuo capite p telis utatur & caput tuum dimittat in hoſtẽ. In ſa. uidelicet i Achillã & eius ſatellites. Sic barbara:per ſimilitudinem oſtẽdit quõ Cæſar patus erat occidere Ptholemæũ queadmodũ inqt: Medea fugiẽtẽ patrẽ: & enſem & iugulũ fratri patũ tenebat:ut ſupueniẽte pr̃e fratrẽ Abſcyrtũ occideret:ita Cæſar pauerat gladium ad ceruicẽ Regis trũcadã:& ſi ipſe opprimeret Regẽ occideret:Nota qdẽ eſt & ante declarata hæc fabula Medeæ. Cogũt ta.ult.q̃q̃ ita diſpoſitus eſſet Cæ.tamẽ oia tẽtare uoluit iuſſit.n.mitti a Rege legatos ad Achillã qui ipſũ iuberẽt ab armis diſcedere & q̃rerẽt quo nã auctore bellũ cæ.ituliſſet: ſed Achillas cõtra ius gẽtiũ legatos iuſſit iterfici: ex quo appuit quẽ aĩmũ hr̃et i Cæ. Vltia:extrẽa. Miſſiſq; ſa.ſ.a rege tãq̃ p legatis. Fãulos.ſ. Achillã cũ exercitu ſuo.Voce tyrãni.i.urbis ipſiꝰ Regis. Quo bellũ.i.corripet fãulos dicẽs qs nã auctor belli huiꝰ iferẽdi fuiſſet? Sed neq; ius.i.ius gẽtiũ nõ ualuit apd̃ Achillã. Ius.m.i.ius gẽtiũ:nã iur̃ gẽtiũ legati apd̃ oẽs tuti ſũt ẽt apd̃ hoſtes. Nec fœdera.ſ.ſ. ualuerũt.i.nec hũana nec diuia iura ualuerũt apd̃ Achillã. Orator.r.ſ. miſſus a Rege. Paciſq;.ſ.i.mediator nã ſeq̃ſter ꝓprie dicit̃ mediator.i.qui medius & i tẽpus pacis erat. Aeſtiat.i. æſtimare facit ſcelera:quæ ſunt ponẽda in numero tuorũ ſcelerũ:nã ex eo ꝗ Aegyptii interfecere ẽt legat a Rege miſſũ ex eo æſtiari põt qd nã facturi eẽnt in ipſum cæſarem. Mõſtris:mõſtroſis ſceleribus. Nũ theſſala tellus:quã delicata ſis o Aegypte:& delitiis affluens & effœminata:tamẽ plus audaciæ oſtendiſti cõtra cæſarẽ quã Theſſalia:quã Africa:quã põtus:quã hiſpania:& ois regio ſæuiſſima: ubi bellũ cæſar cũ hoſtibus ſuis geſſit. Nõ theſſalla tellus.ſ.ẽ auſa tãtũ ſcelus:ubi pom.cũ cæſarẽ cõflixit. Vaſtaq; regna iubæ.ſ.nõ ſũt auſa tãtũ ſceleris:ubi cato Regi Iubæ cõiũctus cũ r̃liq is.ſ.exercitꝰ põpeiãi bellũ aduerſus cæſarẽ renouauit. Et ipia.ſ.ſ.declarat qd̃ dixit:põtus pharnax filiꝰ fuit Mitridatis Regis põti.ubi cæ.pharnacẽ facile ſupauit:nã põtico triũpho:teſte Suetõio iter pom.fercula:i hũc modũ breuiter ẽ cõplexus uictoriã:ſicut breuiter uicit:ita breuiter triũ uerboꝝ ptulit titulũ Vẽi:uidi:uici. Gelido.h.uidelic& i hiſpania ubi duicit.Gn.Pom.põpeii prio gẽitũ cũ maxio diſcrimie ſaluti ſuæ. Nõ ſyrtis.b.r̃diit ad illd̃ qd̃ dixit Vaſtaq; regna Iubæ.nã ſyrtes i Africa ſunt.ſ.in mari Africo. Tuæ:o ægypte. Premit:ſcilic& cæſarem.

Inq; domũ ipſã:q̃a iã telis regiã ĩuaſerãt ægyptii. Quaſſãt:cõcutiũt. Non ari.u. nũc reprehẽdit iſcitia Achillæ & ægyptiorũ:q circũderant regiã:qb9 nunq̃ i mentẽ uenit arietib9 euertere poſtes ædiũ.qđ ſi feciſſent:cæ.facile opprimere potuiſſet:ſed fata uolebãt ut Cæ.manib9 eorũ periret. Nõ.a.qđ ex iſcitia achil. factũ ẽ:ut uno pulſu euerterẽt limina domus. Mãdat.ſ.ro. Flãmis: uel igne iqt circundediſſẽt ædes : ſic eni Cæ.euadere nõ potuiſſet. Cæca:iconſiderata cõſilii ſui. Diuiſa:i diuerſas ptes. Et nuſq̃ to.diuiſa iuuẽtute oppugnaſſẽt ædes ægyptii nec oẽs uires i unũ locũ cõuerſæ erãt:quod ſi feciſſet facilius regiã oppugnaſſet. Fata uetãt:dii nolebãt:ut ſũmis uirib9 mitterẽt oẽs. Vice.i.in uicẽ: ad ſimilitudinẽ muri erat Cæ.fortuna. Nec nõ &.r.i.præterea etiã nõ ſolũ a terra oppugnabat:ſed etiã mari. Pertulit:porrexit Audaci mar.p ipſa audax. Audax nimiũ uidetur eſſe regia.ſ.ut ſe fluctibus exponeret. Sed adeſt de. magnanimitatẽ cæ.oſtẽdit: & i duſtriã eius q nullo loco deerat:ſed quacũq; hoſtes iuaderẽt : ea ſe pariter ferebat. Vbiq;:& terra & mari. Hos ad gla.alios.i.iubet ſtrictis gladiis milites obſiſtere. Ignis ar. ideſt ignis icẽdit:ne trãſire poſſẽt hoſtes. Obſeſſuſq; ge.adeo ſuperabãt animi cæ. ut q obſidebat obſidere uideret. Tãta ẽ cõ.adeo aĩo ſuo cõfidit. Piceo un.& faces ẽt pice illitas i uela nauiũ mittebat : q̃ cũ flãmæ corripuſſẽt armaenta nauiũ cõburebãt:q uero mœib9 urbis cõtiguæ erãt igne ẽt icẽdebãt tecta urbis: cũ iã aliquot ædiũ icẽdiũ corripuiſſet ab oppugnatione ædiũ auerſi ſũt ciues ad reſtiguẽdũ icẽdiũ qđ iã pleriq; tectorũ habebãt:& ita datũ ẽ ſpaciũ Cæ.ut ſe i naues reciperet. Tictas.i. madefactas & illitas. Piceo.un.i.picis hũore illitas. Nec pi.ignis q̃a facile corripiebat materiã aridã. Stupea uin.ſ. p rudentes ſtupeas.ſtupa p parte poſuit quod la.canapũ appellat. Manẽtes cæra:cærã picẽ appellauit: nã pice ũgunt naues. Tabulas.ſ.nauiũ : qb9 naues ſtructæ erãt. Et tẽpore: & eodẽ tẽpore iã trãſtra cũ malis nauiũ flãma corripuerat. Traſtra: ſedilia ſũt nautaꝶ ubi ſedentes remigãt. Cheruchi:ẽ metateſis p cheruſchi:nã uocabulũ græcũ eſt:ideſt cheruſcos.ta.cheritaſton.to.cheratos ſignificat cornu. pto ſcheon continens.i.cornu cõtinẽs: ſignificat.n. antennas:q̃ qbuſdã q̃ſi cornib9 uela ſuſtinẽt. Virg. Cornua uelatarũ obuertius ãtennarũ. Sũmi che. p ſũmæ ãtennæ. Iã prope: iã ps magna nauiũ incẽſa erãt. Iãq; hoſtes natãt : q̃a incenſis nauib9:ut ſibi ſalutiq; ſuæ conſulerent milites ſe de nauib9 in mare cõiiciebant. Nec puppibus :nec ſolum igne conſũptæ ſunt naues:ſed flãma quoque i tecta urbis trãſcendit:& pleraq; tectorum incendio correpta ſunt Tecta uicina:quæ fuerant mari contigua. Lõgis ua.ppetuis uaporib9 ignis q a nauibus i tecta tranſierant. Vt cladem: & accerſerunt etiam uenti qui iuuarent incendiũ. Fouere:p.runt.i.ſuſtentauerunt. Percuſſaq; flamma:& dicit flamma nauium uento percuſſa:non aliter longo tractu trãſiuit intecta urbis q̃ ſæpe uidemus ignem longum tractum per aera ducere:qui caſus ſtellarum imitatur. Sulco æthereo: ideſt longo tractu:philoſophi dicunt uentũ uiribus ſuis ad ſuperiores partes aſcendere:& partẽ aliq̃ ignis rapere:quæ deinde longo tractu ducta caſum imitatur ſtellatũ. Materiaq; : uidelicet lignis.aut alia combuſtibili materia. Illa lues:nunc dicit datam eſſe requiem Cæſari & ſuis cum ab oppugnatione ædium milites conuerſi eſſent ad auxilium urbis:uidelicet ut incendium ædium reſtinguerent. Lues:uidelicet icẽdiũ urbis. Po.re.i.rẽouauit exercitũ. Ab aula clauſa:ab oppugnatiõe clauſæ aulæ. Nec tẽ.nec iterea de ſes iacuit Cæ.ſed ubi uidit ab oppugnatiõe ædiũ diſceſſiſſe milites ſtati ille ſe rcepit i claſſẽ. Tpa.c.i.icẽdii Inſiluit ca.recepit ſe.i claſſẽ. Sẽp.ſ.cæ.i.cæ.ita nũc celeritate uſus:ſecũdã fortunã hũit : ſicut i oĩb9 bellis

Inq; domum iã tela cadut:quaſſãtq; penates:
Non aries uno moturus limina pulſu.
Fracturuſq; domũ : nõ ulla eſt machina belli
Nec flãmis mandatur opus:ſed cæca iuuẽtus
Conſilii uaſtos ambit diuerſa penates.
Et nuſquã totis incurſat uiribus agmen:
Fata uetant:murique uicẽ fortuna tuetur.
Necnon & ralibus tentatur regia qua ſe
Protulit in medios audaci margine fluctus.
Luxurioſa domus: ſed adeſt defenſor ubique
Cæſar:& hos aditus gladiis hos ignibus arcet
Obſeſſuſque gerit tanta eſt coſtantia mentis
Expugnantis opus picco iubet ũguie tinctas
Lampadas immittit iunctis in uela carinis.
Nec piger ignis erat per ſtupea uincula pque
Manentes cæra tabulas:& tempore eodem:
Trãſtraq; nautarum ſummiq; arſere cheruci
Iam ppe ſemiuſtæ mergunt i æquore claſſes.
Iamq; hoſtes & tela natãt:nec puppibus igniſ
Incubuit ſolis:ſed quæ uicina fuere
Tecta mari longis rapuere uaporibus ignes:
Et cladem fouere noti: percuſſaq; flamma
Turbine:non alio motu per tecta cucurrit:
Quam ſol æthereo lampas decurrere ſulco
Materiaq; carens:atque ardens aere ſolo
Illa lues:paulum clauſa reuocauit ab aula.
Vrbis i auxilium populos.nec tẽpora cladis
Perdidit in ſomnos:ſed cæca nocte carinis
Inſiluit cæſar:ſemper fœliciter uſus.

Præcipiti curſu bellorum & tempore rapto
Tũc clauſtrũ pelagi pharõ cœpit iſula quõdã
In medio ſtetit illa mari ſub tempore uatis
Protheos:at non eſt pelleis proxima muris
Illa duci geminos bellorum præſtitit uſus
Abſtulit in curſus:& fauces æquoris hoſti
Cæſar & auxiliis ut uidit libera ponti
Hoſtia:non fatum meriti : pœnaſque photini
Diſtulit ulterius:ſed qua non debuit ira:
Nõ cruce non flãmis rapuit:non dente ferarũ
Heu facinus gladio ceruix male cæſa pepẽdit
Magni morte perit : necnon ſurrepta paratis
A famulo ganimede dolis: peruenit ad hoſtes
Cæſaris arſenoe:quæ caſtra carentia rege.
Vt proles lagea tenet:famulumq; tyranni

Precipiti : ueloci. Rapto:rapti capio. Tũc clau.pe.& claſſe cœpit pharõ portũq; eius tenuit: quo pharon cũ Alexandria urbe cõiungit. Pharon ẽ iſula haud ꝓcul ab urbe Alexãdria : & põs ẽ q pharõ cũ urbe cõiungit:& hoc pacto dupliciter hoc ꝓfuit cæ.nã nec terra p põtẽ trãſire poterãt.capta igit̃ pharo & põte cæſ.ꝓhibuit ne qs ad auxiliũ hoſtiũ ꝑuenire poſſet:hoc aĩo ſpẽ haber̃ cœpit cæ. ut ſe facile ab hoſtibus deſẽderet:ſicut & fecit. Diximus pharũ iſulã oblõgã eẽ:q̃ teſte Stra.cõtinẽti adiacet:bicipitẽ ad eã portũ faciens.nã cũ littorea regio ſit ſinuoſa:duo ꝓmontoria in mare emittit : iter q̃ iſula iacet q̃ portũ claudit: ei nã ꝗ p longũ obiicit̃.Ex phari ꝓmõtoriis oriẽtalis magis cõtinentẽ & appoſitũ ſibi ꝓmõtoriũ attigit : & Achrolochias uocat̃ : qđ portũ efficit ære optimo: accedit qđ iter medio freto petræ ſũt ꝑti aqs optæ: ꝑti eminẽtes cõtinue occurẽtẽ ex pelago fluctũ exaſperãteſ.ipſũq; iſulæ ꝓmõtoriũ ẽ petra q̃dã mari circunlata: q turri hẽt multis tabulatis excelſã: & albo lapide mirifice eo nomĩe quo iſula.nã cũ ora ex utraq; ꝑte iportuoſa & humilis eſſet:& cautes & breuia hẽret: ſignũ aliqđ neceſſariũ fuit altũ & clarũ : quo nauigãtes ad portus igreſſũ dirigerẽt. occidẽtale ẽt oſtiũ : q̃q̃ nõ tutũ igreſſũ habet : nõ tamẽ tãta idiget ꝓuidẽtia:ſed hoc aliũ portũ efficit:q eunoſti dicitur atq; hic ãte foſſũ & clauſũ portũ iacet : nã q ex dicta turri igreſſũ hẽt:is maximus portus ẽ.hic uero cõtinui i ſeceſſu illo q.vii.ſtadiũ appellat̃ agger̃ ab eo direpti adiacẽt. agger uero ẽ põs qdã a cõtinẽti i iſulã ad occidentẽ eius ꝑtẽ porrectus duos tantũ aditus reliquẽs i eunoſti portũ : atq; ipſos ſpõte iũctos:qđ opus non modo pons erat in iſulam : ſed etiã aquæductus:quum habitaretur tunc Cæſar erat in alexandrino bello:nam cum regibus eam đſertam reddit.pauci tamen nautæ iuxta turrim habitant. Inſula quondam:nunc uero portus eſt pharos. Illa:pharos. Sub tẽpore ua.quo tẽpore protheus uates regnauit cuius mẽtionẽ Virg. facit:nũc eni dicit eẽ paſtorẽ neptuni & paſcere focas ad quẽ cirene filiũ ſuũ Ariſteũ miſit : ut ab eo diſceret quo pacto extinctas apes recupare poſſet. Pelleis muris:poſtquã pelleus Alexãder alexãdriã cõdidit:nã de pela urbe macedõiæ natus erat alexãder capta ægypto cõdidit urbẽ:quã de nõie ſuo appellauit Alexãdriã ab alexãdro. Muris pelleis:qa pharos põte iũgit̃ cũ alexãdria. Gemĩos bel.nã terra mariq; poterat adhibere hoſtes: nã p terrã auxilia hoſtibꝫ uenire nõ poterãt Capta pharo de nilo in pharo aſcedere nõ poterãt q ad urbẽ uenerãt. Geminos:uſus duplices utilitates. Abſtulit ex. nõ enĩ ex ciuitate excurrer̃ poterãt i Cæ.ecce primuſ uſus.Et fau.æ. alius uſus nec p nilũ axulia hoſtibꝫ uenir̃ poſſũt. Cæſar ut aux.photinus nutricius regis & ꝓcurator regni erat cũ rege:qa regẽ cæ. ſẽper ſecũ duxerat hic nũcios miſit achillæ:ne q̃uis cæſ.ueller diſcedere animo deficeret:ne ue a negocio deſiſteret quibus inter nũciis depræhẽſis:& ad cæ.ductis cæ.photinũ obtrũcari iuſſit:hoc ẽ qđ dicit. Sed qua non :ſed poeta inquit affectus eſt photinus nimiũ miti & mãſueta morte: meruerat enim crucibꝫ affigi & incẽdio cremari : indignum fuit:ut ſimili morte periret qua põpeium occidit. Libera hoſtia:uidelicet ꝙ auxilia uenire non poterant ad hoſtes. Fatum diſtulit:ideſt mortem quia periit. Meriti : qui non meruerat pœna capitis affici :ſed cruce & flammis cruciaretur:& feris pabulum obiiceretur. Heu facinus : indignũ inquit facinus ꝙ caput photini a Cæ.obtruncatum fuerit. Pepẽdit:ſcilicet e collo eius hoc eſt ꝙ dicit facinus. Magni morte:ſimili morte qua pompeius perierat. Hæc non ſurrepta : hoc hẽt hyſtoria cæ. poſtq̃ molem pharon tenuit:& pontem iamque iuris ſui eſſe uidebat: photinum iuſſit obtrũcari : ſed nõ propterea ægyptii bello deſtiterunt.nam ſucceſſit Ganimedes cum Arſinoe:nam huius auxilio arſinoe filia regis ptholemæi e r̃gia ſeſe traiecit i exercitum ad achillam ſperans uacuam regni poſſeſſionem:& ſtatĩ cõtrouerſia orta eſt de principatu:cum primum communi conſilio bellum aduerſus cæſarẽ gererent: itaq; cœperunt uterque inſidias facere: ſed Arſinoe per ganimedem nutricium ſuum & Eunuchum occupauit imperium: & Achilllam interfici iuſſit ipſumque ganimedem exercitui præfecit hoc habuit hiſtoria

A famulo:ab ennucho nutricio. Arſinoes: paratis dolis. Quos parabat ganimedes:per dolum enĩ e regia ipſã in exercitum ad Achillam traduxit. Ad hoſtes:uidelicet ad achillam. Proles lagea:q̃ a lago primo rege ægyptiorum deſcenderat. Carentia rege: Quem cæſar quaſi obſidem ſecum retinuerat in conuiuio cum Cleopatra depræhenſum. Vt:ſicut filia ptholemæi regis qui a lago deſcenderat: & cũ eẽt orta inter eos cõtrouerſia de principatu iperii e publico conſilio obtinuiſſet Arſinoe iuſſit Achillam occidi.

Achillea:nō p methateſi dixit:ſed decliauit achilles achilli achillea. Terribilē:quāuis terrorē faceret ꝗ ius oē hēbat armorū. Altera ui.i.achillas poſt photinū. Nec ſatis.i.nec ſatiſfactū ē ūbris pō. nec ēt ſatiſfactū erit ſi occiderit Ptholemæū.nā nō prius plena erit ultio cædis pō.ꝗ cæ.ipſe occidat. Iſta ſū.i.cōcluſio .ſ. ut occiſo photino & achilla iā nihil ſupſit ad uīdicādā cædē tuā. Nō ois regia:ſi euerteret nō ſufficeret ad ultionē. Dū:ꝑ donec. Enſes patrii.i.Ro.ſ.Bruti & Caſſii & cæterorꝝ cōiuratorꝝ. Magnus mul.non plene dicet ex hoſtibꝫ ultionē feciſſe pō.niſi cū Cæ.occiſus fuerit. Sed nō au.occiſo achilla q ps magna erat huius belli:nō finitū ē hoc bellū: quia pfectus ē exercitui gamınedes Arſinoe eunuchus auſpicıis ī pio gamınedis: qa īpator nō pficiebat exercitui:niſi prius captis auſpicıis: ergo a pcedente qd ſeqt auſpiciū ꝑ īpio accipit. Secūdo mar. qa magno ī piculo Cæſ.fuit.ſicut iā dicemus. Potuit diſcrimie:& ad ultimū diſcrimē Cæ.adhibitus ē:ut dies illa potuerit memorabilis fieri: ſi cæſar occideret. In fa. &.ſ.i.potuit ppetuo poſteris memoriæ mādari.

Terribilem iuſto trāſegit achillea ferro.
Altera magne tuis iam uictima mittitur ūbriſ
Nec ſatis hoc fortuna putat:ꝑcul abſit ut iſta
Vindictæ ſit ſumma tuæ:non ipſe tyrannus
Sufficit in pœnas:non omnis regia lagi.
Dum patrii ueniant in uiſcera cæſaris enſes
Magnus inultus erit: ſed non auctore furoriſ
Sublato cecidit rabies:nam rurſus in arma
Auſpiciis ganimedis eunt:ac multa ſecundo
Prælia marte gerunt: potuit diſcrimine ſūmo
Cæſaris una dies in famam & ſæcula mitti
Molis in exiguo ſpatio ſtipantibus armis
Dum parat in uacuas martē transferre carias
Dux latias tota:ſubito formidine belli
Cingitur:huic denſæ prætexunt littora claſſeſ
Hic tergo inſultant pedites:uia nulla ſalutis.
Nō fuga nō uirtus:uix ſpes quoqꝫ mortis ho
nō acie fuſa:magnæ nec ſtragis aceruo neſtæ
Vicendus tūc cæſar erat:ſed ſāguinea nullo
Captus ſorte loci pendet:dubius ne timeret.
Optaret ne mori.reſpexit i agmine denſo
Sæuam perpetuæ meritum iam nomīa famæ
Ad campos epidaure tuos.ubi ſolus apertis
Obſedit muris calcātem mœnia magnum.

FINIS

Diſcrimine ſū.i.ultimo piculo. Mollis ī extremo mollē pharon dicit q pōte & itinere anguſto iungit cū oppido:īde pugnabat a cæſareanis: ex arce uero q erat aduerſus pōtē & ex nauibus cōtra molem ab Alexādrinis:& nauibus egreſſi acriter inſequebant Cæſ.cū ſuis:& hi ēt q ī nauibus remāſerant ſcalas rapere pontē facere naueſqꝫ a terra repellere ꝑperabāt ne his nauibus potirent hoſtes qbꝫ oibus rebus ꝑturbati milites triū cohortū Cæ.q ī ponte ac prima mole circunſtiterāt:cū poſt ſe clamorē exuadirēt:fugā ſuorū uiderēt:magnā uī telorū aduerſi ſuſtinerēt ueriti ne a tergo circūuēirent & diſceſſu nauiū oino reditus ītercluderent munitionē in pōte ī ſtitutā reliquerūt: & magno curſu īcitati ad naues cōtenderūt cæſ.quoad potuit cohortādo ſuos: eodē piculo ē uerſatus:poſtq uniuerſos cedere aīaduertit ſeſe ex nauigio ſuo eiecit ī undas ad eaſqꝫ q longius cōſtiterant naues adnatauit: & ita piculū euaſit: & iō dicit diē unā fieri potuiſſe mēorabilē morte Cæſ. Nullis ex. qa triū cohortiū milites occupauerant molē illā de q pugnabāt & erat anguſta:ergo cū metuerēt ne diſceſſu nauiū reditus ītercluderent: ī naues magno curſu ꝑperarūt Armis: armatis militibus. Stipātibus:circūdantibꝫ. Molis.ſ.fari circūdantibꝫ triū cohortū milites cæſarianos. Inuacuas ca. nam e nauibus egreſſi pharon cœperāt. Formidine belli:qa a tergo clamorē exaudiebāt ſuos fugere uidebāt:& magnā uī telorū aduerſi ſuſtinebā. Hic:ab Alexādrinis.hic a terra. Via nulla:nā ab una pte claſſis erat: a tergo uero pedites circūueniebāt. Nō fuga:nō fugiēdi facultas dat. Nō uirtus:nulla pietas potuit eos ab īcurſu hoſtiū defēdere. Vix ſpes.ſ.a piculo uitæ potuit ſe defēdere. Mortis ho.ſ.mori fortiter ne ī manus hoſtiū deuenerit. Magnæ ſtra.qa parū abfuit quin caperet nauigiū Cæ. & captū qdē fuiſſet:niſi ſe cōiecīſſet ī ūdas. Forte:fortuna. Captus:cū circūdatus eēt. Dubius: īcertus an tieret mori an optaret: qa optabat mori:ne ī manus hoſtiū deueniret. Reſpxit ī ag.ſed cū ita circūſpiceret cæ. ſe undiqꝫ ab hoſtibus circūuētū eē:nec ſpē ullā ſalutis dari rediit ī memoriā Seuæ illius:q ſolus oēm īpetū pō.ſuſtinuerat apud urbē Dyrachiū:ubi circūſeptus erat ab hoſtibꝫ: & cū imago illius Seuæ cēturionis fortiſſimi uiri oculis eius obuerſaret ille exēplo eius ſe deiecit ī ūdas:& ad naues q lōgius cōſtiterāt enatauit. Ad cāpos epi. ideſt apud Dyrachium: nam Dyrachium & Epidamnus idem ſunt: hanc urbem condidere corcyrei teſte Strabone. Apertis muris: quia iam euerſa muonitione cæſaris clauſerat iam pompeium.

FINIS

Finit opus Lucani cum cōmētariis Omniboni uicētini impreſſū uenetiis a Nicolao battiboue alexādrino anno domini Mcccclxxxvi.tertio idus maii regnante inclyto principe Marco barbadico.
Examen uoluminis.Quaterni ſunt ſignati a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x. Terni uero ſignati y z &.

351

PB-7225
COHTX

GHWxy

Lactantius

1486.